

Reuerendissimi i christo patris et dñi: domini Hugonis rē. Cardinalis: Postilla sup euāgelij fm Johannem incipit. Expositio Capituli I

**I**n principio erat verbum rē. Quia Johānes rogatu episcopoz asq̄ hūc libz composuit contra hereticos / cogēntarē et cōsubstantialitā filij destruentes: Ideo i prima parte libri sui ponit quattuor ppositiones. Quarum prima ē de filij eternitate. Secūda de distinctiōne filij a patre. Tertia de substantialitate filij cū patre. Quarta de equalitate filij ad patrē. Et in his quattuor terminat intētiō p̄mē patris. Per primā ppositionem confutatur nestorij et claudij: quozum vterq̄ predicabat christum inītiū habuisse. Per secundam confutat sabellius: qui confundebat personas patris et filij et spūsancti: ponens tñ differentia noialem. Per tertiam confutat arrius: qui dicebat christum esse puram creaturam: et nullo modo substantialē patri. Per quartam confutantur omnes simul: quia illa ppositio dicit filium esse cogentum et substantialē et cogentem et personalit distinctum a patre. Prima igitur ppositio est: **In principio erat verbum.** Quattuor sunt hic dictiones quaz quilibet ponderanda est et explananda. Et primo queritur: quare sic incepit iohannes euāgelij suum: secundo quid notet hęc ppositio: in. Ad primū dicitur q̄ ideo sic incepit / vt ostēderet puentiam noui et veteris testamenti: et quonia sunt ab eodē auctore: cum idem habeant principij: In quo cōfatur manichei qui dicebat vetus testamentū esse a malo deo. i. diabolo. Ad secundū dicitur q̄ hęc ppositio: in / ex generali ratiōe ppositiōis notat differentia aliquā inter principij et verbū: ex specialia autem ratiōe notat quandam continentia mensurantis ad mensuratum: iuxta vnam expositionē: Juxta alia: notat distinctionem personalem et identitatem essentialē. Tribus enī modis exponitur hęc prima ppositio. Primo sic. **In principio erat verbum.** i. i eternitate. Eternitas autē duo dicitur. i. esse / et interminatū. i. sine terminis: id est sine principio et sine fine. Ad potest dupliciter p̄siderari: id est fm se: et sic nō differt eternitas siue interminatū esse a filio: vel respectu nostri intellectus: qui omnia recipit sub mēsurā quadam eo q̄ sit materialis: vt dicit Aug⁹ super Bēn. ad litteram in quarto libro: vnde nō potest itelligere illā interminationē nisi p modū mēsurę durantis et mēsurantē esse filij. Et hoc modo ap̄prehendimus eternitatem per modum continentis fm ratiōnem: Et hęc continentiam et differentiam notat hęc ppositio: in. Et sic pater q̄ ibi ē identitas quo ad rem: diuersitas q̄ ad ratiōem. Et hoc accipit a beato Dionysio in libro de diuinitatib⁹: vbi dicitur. Proprium eternitatis est totum fm totum metiri. Sed oritur questio: cum idem sit i eternitate et in principio: quare nō dixit: In eternitate erat verbū: sic enī videretur recta fronte elidere errorem nestorij et claudij: qui dicebant filium habuisse inītiū. Ad hoc dicitur: q̄ magis expresse confundit hereticos iohannes sic dicendo: Cum enī dicerent dicti heretici filij cępisse ex tēpore et non esse ab et̄no: tñ dicebant esse principij oim creaturarū: vt dicit Chrys⁹. et alij forte dicebant ipsum fuisse ab et̄no: nō tñ esse principium omnij: sed solum patrem: ideo non poterat elidi hic duplex error: nisi dixisset: In principio erat verbū. Ponamus enim cum ipsis q̄ pater aliquo spacio p̄cessit filij: illud spacium fuit ante filium: ergo filius non fuit in principio nec fuit principium omnij: quia qd nō est null⁹ rei potest esse principium: qd aperte destruxit iohannes dicendo: In principio erat verbū. qd non fecisset ita aperte si dixisset: In eternitate: quia possent dicere heretici: q̄ licet filij incepisset esse post patrem: tñ adhuc fuisset in eternitate: fm ratiōem qua eternitas consideratur vt duratio quedam ipsius esse sine terminis. Et sumitur hęc ratiō a Chrys⁹. in quarta homelia super hunc li-

brum / vbi dicit. Dic mibi heretice: nonne secula per eum facta sunt omnia / et spacium omne: Necesse est confiteri eū qui nō infant: quare nihil est mediū filij et patris: Si nihil ē mediū / nō posterior: sed cogentus est filius. Sed obicit hereticus: Si principium ostēdit hic eternitatem: ergo cum dicitur: In principio creauit deus cęlum et terram / ostēdit eternitatem. Sed hoc falsum: ergo nec hic ostēdit eam. Et hęc obiectio in eadem homelia. Responso est ad hoc: q̄ omnis mensura siue temporis siue eui siue eternitatis non habet esse interminationē vel terminationem: vel permanentiam vel successionem: nisi ab ipsis mensuratis: vnde omnis mensura sequit proprietates mēsurati. Vñ cū dicitur: In principio erat verbum: quia

**Incipit euāgelij fm Johannē. Capitulum I**

**In principio erat verbū**

statim adiungitur: Et deus erat verbum / restringitur principium ad eternitatem: quia vt dicit Chrys⁹. maxime proprium est deo esse eternum et sine successionē. Cum vero dicitur: In principio creauit de⁹ cęlū et terrā / restringit ad standū pro initio tpali / fm vnā expositionē. Itē querit q̄re dixit: erat: et non fuit vel est.

Secūda expositio est Aug. talis. **In principio erat verbum.** i. in patre erat filius. Sed dicitur questio satis difficilis. i. quare posuit patrem sub noie principij et non sub nomine patris vel dei: Itē quid notet hęc ppositio: in / fm hęc expositionē. Ad primū dicitur q̄ pater in ratiōe patris ignotus erat: Vnde cū iohānes debuit ostendere filij esse deū eternū: et idem i substantia cū eo qui ē pater: si posuisset p̄em nō fuisset intellect⁹. Similit̄ nomē dei incognitū erat multis: sed nomē principij oibus erat notū: sicut dicit Aug⁹: et tanq̄ in Glo sup epistolā ad Roma. ca. i. Ad secundū dicitur q̄ hęc ppositio: in / notat idēritatē essentialē inter verbū et principij. i. int̄ patrē et filij et psonalē distinctionē: vt dicit Chrys⁹. et Origen. in homelia sup istū locū. Vnde sensus est: **In principio erat verbū.** i. filius erat vni⁹ substantiē cū eo q̄ dicit eē principij / distinct⁹ ab eo. Tertia expositio cōplectit vtrāq̄ p̄cedentē: et est multū subtilior et magis p̄pria. Principij enī duo dicitur. i. ante qd nihil: et ex quo vlt post qd aliud vel aliud. Proprium primū dicit eternitatem: que caret principio ex parte aī et etiā ex parte p̄. Propriū secundū dicit fōtalē plenitudinē ex qua est quicqd est ab alio. Et fm hanc expositionē hęc ppositio: in / dicit triplicē habitudinē. Prima est equalitas mēsurę siue mēsurantis: de qua dicitur est in prima expositionē. Secūda est identitas substantiē filij cū p̄e: de q̄ dicitur est in secūda expositionē. Tertia est identitas principij cū patre: Vñ sensus ē. **In principio erat verbū.** i. verbū erat idē cū patre principij: ita tñ q̄ ppter trānsitiōnē p̄positiōis sit diuersitas psonalis: et ppter p̄nētia eiusdē p̄positiōis sit identitas p̄prietatis i qua cōmunicat pater et filij. Et fm hęc expositionē suggillat error grecorū: q̄ timēt dicere q̄ verbū sit idē principij spūsancti cū patre. Et hęc est expositio Chrys⁹. q̄ fuit grecus: querētis quare nō dixit iohānes: In principio erat verbū: sed in principio erat verbū: non nisi vt ostenderet qz filius erat in patre p identitatē principij sicut per identitatem substantiē. Dicit enī fides romana q̄ pater et filius sunt vnū principij spūsancti et vnus fons spūsancti: ita tñ q̄ hoc ip̄sū filius habet a patre: et ita pater est principij sine principio: filius sō est principium de principio: vt dicit Glo. marginalis. Sic igitur in vniuerso per hanc ppositionē: **In principio erat verbum** tripliciter expositam: triplex error excluditur. In prima expositione monstrat verbū eternitas: Vñ sensus est: **In principio erat verbū.** i. in eternitate erat filij: Et sic excluditur error nestorij et claudij. In secūda expositione monstrat filij cum patre consubstantialitas: Vnde sensus est: **In principio erat verbū:** id est in p̄e erat filius eiusdem substantiē cum eo: Et sic excludit error arrij. In tertia expositione monstrat proprietatis siue potestatis identitas patris et filij: Vnde sensus est: **In principio erat verbū:** id est idem cum patre principium / nō solum respectu creaturatum sed etiam respectu spūsancti. Nestorius ponit filij habere principium.

Bēn. 1. 2. 2.

Et non fuit vel est. Et videtur quod potius debuit ponere presens tempus: eo quod similis est eternitati. Unde licet eternitas non habeat differentias istas: preteritum/presens/et futurum: tamen si necesse est eam significari sub aliqua differentia temporis: propter nos magis significabitur per presens quam per preteritum. Sol. In eternitate duo sunt. s. ipsum esse et immutabilitas ipsius: quantum ad ipsum esse habet obiectio. Unde quidam expositores ad hunc respicientes dixerunt quod melius dicitur: filius sempiternus quam natus est. Alii respicientes ad immutabilitatem dixerunt quod melius dicitur natus est quam sempiternus. In tempore enim preteritum solum habet rationem immutabilitatis. Unde Anselmus in libro de concordia prescientie et libertatis dicit quod temporalia preterita sunt ad similitudinem eterni presertim: omnino enim immutabilia sunt. Et ita secundum hunc melius dicitur erat quam est. Ratio est Chrysostomi in quarta homelia. In fine cuius ponitur alia subtilior ratio. Eum enim dicitur sit quod hęc propositio innotet pertinencia mensurali respectu intellectus: non respectu ubi simpliciter: et hoc habet. Erat dicitur illa mensura secundum id quod est ante sumere: ut notaret infinitas in ante sumendo secundum intellectum nostrum: melius dicitur erat quam est vel fuit. Eum enim intellectus noster accipit filium in esse: occurrit ei aliquid principium et oportet aut illud principium filium fuisse: et ita si occurrat aliud principium oportet aut illud intelligere filium fuisse: et ita itur in infinitum. Unde dicit Chrysostomus. Non dixit iohannes principium habuit verbum: sed in principio erat verbum: per erat mittens te ad fine principio intelligendum filium. Hanc eandem rationem tangit quendam Beatus Augustinus dicens: quod erat est preteritum imperfectum: et ideo cum non sit alicuius temporis determinatum: melius potest notare infinitatem eternitatis quam presens. Iuxta hoc idem potest sumi alia ratio magis propria: Nam preteritum imperfectum medium est inter presens et preteritum perfectum: unde aliquid habet preteritum et aliquid presentis. Presertim habet essentiam: preteritum habet immutabilitatem. Unde ipsum complexum illa duo que supra diximus esse in eternitate. s. esse et immutabile siue interminabile. Postea queritur quare potest dicitur iohannes: In principio erat verbum: quod in principio erat filius: cum idem sit verbum et filius. Respondeo. Multiplex est ratio huius. Prima ad tollendam carnalis generationis concupiscentiam: quam filius quodammodo dat intelligere: et non verbum. Secunda est a proprio actu ipsius verbi: quod est exterius: nunciare quod erat occultum interius: et propter hoc venit filius: ut voluntatem patris occultam prius mundo manifestaret. Unde. j. eod. b. Deum nemo vidit unquam nisi unigenitum quod est in sinu patris: ipse enarravit. Et. xv. b. Quia quecumque audivi a patre meo nota feci vobis. Tertia ratio est: quod in libro agitur de filio dei secundum quod per ipsum reducitur creatura rationalis ad patrem tanquam ad primam similitudinem in qua fuit ante peccatum: s. verbum est prima similitudo intellectus: qui patri attribuitur: ut dicit beatus Anselmus: quare congruentius ponitur verbum ut reducatum rationalis creature ad similitudinem a qua ceciderat per peccatum. Et hoc dicit apte Augustinus super Beatum. ad Iohannem. Sed occurrit questio: quare iohannes non facit mentionem de patre in prima propositione: cum quidam heretici circa ipsum erraverint: dicentes: filium non cogiternum patri nec consubstantiali: quare videtur quod iohannes statim in prima propositione debuisset occurrere. Ad quod dicitur: quod omnis error illi erat de verbo: ponens ipsum non esse deum: et ideo iohannes per id quod maxime est proprium deo: probat ipsum verbum esse deum. Hoc est sicut dicit Chrysostomus. eternum esse et sine principio esse: et sic rationabiliter satisfactum est vitiosis heresi. Nam cum omnes posuerint unum esse deum: cuius propter primum est esse eternum et sine principio: ostensum quod verbum est eternum et sine principio: ostensum est quod ipsum est deus: idem patris et cogiternus. Et hoc totum trahitur ex verbis Chrysostomi in secunda homelia: ubi sic dicit. Quia ille: id est pater omnium manifestus erat: et si non ut pater: sed ut deus. Unigenitus autem ignorabatur: ideo decent eam que de illo est cognitionem presertim in initio studuit imponere his que nesciebant eum. Hęc est prima expositio: et est Chrysostomi.

Secunda expositio. Hęc ponit filium creaturam. Sabellius confundit personas. Hęc dicitur filium non esse principium spiritus sancti. Omnes istos hereticos predictos per istam propositionem: In principio erat verbum: confundit. Se-

Tertia expositio

quitur: a. Et verbum erat apud deum. Sic dicit Chrysostomus. Secunda propositio per quod cognoscibilis est deus: est eternum et sine principio et principium omnium esse: quod totum dicitur de verbo per primam propositionem que dicit: In principio erat verbum: ubi notat etiam identitatem substantie inter principium et verbum: id est inter patrem et filium. Et ne crederet quis quod ita esset ibi identitas quod nulla distinctio: ut dicebat sabellius: adiunxit secundam propositionem dicens: Et verbum erat apud deum: Sic continuat Chrysostomus. hanc propositionem precedenti. Sic quia dixerat: In principio erat verbum: ne crederet aliquis hoc dixisse iohannem de verbo patris: quod transit et non manet nec est apud aliquem: sed tamen ab aliquo: sed adiunxit: Et verbum erat apud deum. Hęc propositio apud: propter generale rationem propositiois: que est transitio: notat distinctio: et per hoc etiam cogit suum casuale supponere per aliam personam a se: verbum autem in ratione verbi significat ut ab alio: et ita cum propositio dicitur a habitu sine sui casualis ad precedens verbum: necessario cogit propositio sui casuale supponere pro persona patris ex qua est verbum. Et inde est quod non potest converti: propositio: ut dicitur: deus erat apud verbum. Et hoc innuit Interitum que dicit: verbum erat apud deum ut alia persona apud aliam. Propter hoc etiam notat apud: permanentiam contra motum vel transitum. Notat etiam vicinitatem seu paritatem contra superioritatem et inferioritatem: et ita notatur per propositionem equalitatem verbi cum patre et cogiternitas permanentis. Erat autem significat essentiam ut actum: propter verbi naturam cuius proprium est significare ut agere: et ideo notat quod filius habet essentiam a patre: et ita quod pater sit principium filii. Unde sensus est. a. Et verbum: quod erat in principio: b. Erat apud deum: id est cogiternum et coequalis ipsi et ens et distinctum ab eo. Et ita primum erat: primam propositionem dicit esse filium infinitum ex parte ante. Secundum: erat: secundam propositionem dicit esse eiusdem filium ut ab alio. Unde Chrysostomus in tertia homelia dicit. Primum: erat: de verbo essendi eternalis solum est ostensum: secundum: erat: apud aliquid essendi. Et quia maxime proprium deo est eternum et sine principio esse: hoc primum ostendit: Deinde ut non quis audiret hanc propositionem: Erat in principio: igitur esse dicitur: confessum hoc mirigavit antequam diceret quod esset: dicens: quoniam apud deum erat: et non dixit in deo erat: sed apud deum erat: eam que secundum hypostasim est eternitatem ostendens nobis. Et hoc est totum quod diximus. Per hoc patet quod intellectus proprie propositio intelligitur in secunda. Sic dicitur de aliis quod secunda propositio intelligitur in tertia: et in tertia quarta. Sic igitur per hanc secundam propositionem elidit errorem arrij et sabellij: quorum prior negabat verbum cum patre equalitatem: alter negabat patris et verbi distinctionem. Confundit etiam nestor: qui dicebat filium habuisse in se ipsum cum sit verbum patris cogiternum. Sequitur: c. Et deus erat verbum. Hęc tertia propositio sequitur ex secunda. Nam si verbum est equaliter deo et cogiternum: cum nulla creatura possit ad tantam excellentiam elevari ut sit deo coequalis et cogiterna nisi sit deus: sequitur quod verbum erat deus: et deus erat verbum. Sed surgit questio gravissima: Nam in precedenti propositioe ex qua nascitur hęc notatur distinctio per naturam propositiois: que etiam cogit hunc terminum deum stare per personam patris: ut dicitur est: ergo si verum est quod dicitur. s. quod precedens propositio intelligitur in sequenti: oportet de necessitate dicere: quod deus apud quem erat verbum: est verbum: et ita quod pater est verbum: et ita incurrit error sabellij. Sol. Ad hoc dicitur: quod in hoc termino deum: posito in secunda propositioe: duo sunt secundum rationem intelligitum. Sicut enim alibi dicitur est: hic terminus deus significat essentiam ut suppositum: suppositum vero secundum intentionem nominis sui non dicit nisi positum sub aliquo: illud autem sub quo duplex est secundum rationem. s. proprietatem et essentiam: suppositum proprietatis est persona: suppositum essentie est deus. Dico igitur cum per secundam propositionem significatis vicinitatem lateralem non superioritatem vel inferioritatem: notet equalitatem verbi ad patrem: et equalitas sit aliquo: rui in aliquo: per hoc quod est aliquo: ponitur distinctio patris et filii: per hoc autem quod est in aliquo: ponitur identitas: et ita nihil impedit quin deus apud quem erat verbum: ut distinctum ab eo: predicetur de verbo ut idem cum verbo. Sequitur: d. Hoc erat in principio

Tertia

Secunda pars libri

**H**oc erat in principio apud deum. Hoc pronome hoc refert ad verbum cum oib' pdictioib' pdeterminat. Un' sensus est: Hoc. s. verbum qd erat in principio p coeternitatem: et qd erat apud deum per distinctione: et qd de' erat per substantie identitate. Hoc in qua' sbu: **H**oc in principio erat apud deum q. d. nihil aliud erat. Et sic destruit erro: q' dicit v' dicit: sbu sp fuisse et distinctu a pte mo' tñ deū eē: qz p' tute discretiois z idētitat' pnois nō poterit h' heresis stare. Que' etiā heresis destruit i pma z secūda z tertia ppositioe: s' malū nō pōt nimis destrui. Sic patet q' hęc quarta ppositio colligit in se tres priores ppositiones. Per pronome eni hoc qd ad sbu refert supponit psona filij: Per pncipio notant tria. s. psona patris/eternitas/a q' omnia. Per in notant tria similit' idētitas essētie patris z filij/puentia in eternitate/et in natura pncipij: vt. s. omnis pcessus fluens a patre fluat a filio/p'pter illum quo ipse filius fuit a patre. Per apud deū notatur equalitas: id est conuentientia personarū in eadem essentia. Un' ē sensus. a **H**oc verbum sic determinatū: **H**oc erat in principio: id est idē principium de principio cum patre qui est principiu sine pncipio. **A**pu' deū: per equalitate z distinctione. Hic terminat prima pars huius libri. Quā tñ multe q' estiones pcedunt: quarum quasda hic ponimus. Prima est quare iohānes incipit ab eterna generatione/ z aliq' euangelistę a temporali. Secūda: cum ipse iohānes loquatur contra hereticos: et contra ipsos scripserit librum istum: quare non procedit pbandando z syllogizando/ vt necessario cōtineret ipsos. Tertia qre ipse iohānes facies mentionē de patre z filio/ nullā faciat mentionem de spū sancto in prima parte hui' libri. Sol' ad primam dicimus q' creatura rationalis ceciderat in duob' a deo. s. in his que sunt fidei: et in his que sunt moris: Et constat q' ea que sunt fidei magis remota sunt a creatura rationali vulnerata q' illa que sunt moris: quia hęc quodāmodo sunt a natura: illa vero omnino sunt supra naturā: et ita vicin' est egrotō bonū moris q' bonū fidei: et ideo p'ior fuit reductio creature rationalis ad deum per mores q' per fidem. Unde cum aliq' euangelistę prius scripserint de temporalibus gestis christi que mores nostros informant: sufficient' nos ordinauerunt in morib' z reducerunt ad statum pristinu/ quo ad partem istam: et ideo ordinato in his que sunt fidei: relinquebatur vltimo scribenti: id est iohāni. Hęc ratio de glōsis extrahitur/ non vna sed multas inuicem comparatis. Chryf. ponit aliam rationem in quarta homelia/ dicens. Reliquis euāgelistis in his que s' m carnem sunt morantibus sermonib' timor erat ne quidam ppter hoc terrestres existentes in his remanerent solis dogmatibus: Ex hoc igitur terrestri celo iohānes reducēs eos qui casuri erant z ad celum attrahens: decēter desuper z ab existentia eterna facit narrationis pncipiū. Ad secūdam dicimus q' iohānes scripsit per modum auctoris: cui etiam crederent ipsi heretici: quia omnes heretici credebant christo z apostolis missis ab eo. Unde cum p'riū sit auctoris nulli innit' sed ex ipsa sua auctoritate z materie veritate de qua loquitur robur in dictis habere: ideo non debuit scribere iohānes pbandando z syllogizando/ sicut philosophi: quorum vnusquisq' timebat lectus alterius sequentis se: et ideo necesse fuit confugere ad arma verborū: que consistunt in syllogismis z argumētatiōib'. Et habet hęc solutio a Chryf. in secūda homelia: vbi dicit: Vides plationē z potestate verborum multam/ qualiter nihil dubitans neq' conijctōis: s' omnia enuncians loquit' : Hoc enī magnū nō circūferri in his q' vtiq' dicit. Ad tertiam dicimus q' iohānes agit in hoc libro de reductioe creature rationalis ad patrem: z de reducēte ipsā: z de dispositioib' per quas fit reductio: et ideo necesse fuit facere mentionem de patre ad quem fit reductio/ z de filio per que fit reductio/ et non spū sancto: qz oēs dispositioes aut sumuntur ex parte illius ad quem fit reductio/ aut ex parte illius per quem: aut ex parte rei que reductio. Hoc autem non est silendum q' in hac prima parte libri quater positū est hoc verbum/ erat: vnde cum nō sint nisi tres differentie tem-

poris. s. p'ens/ p'teritū z futurū: p' h' notauit iohānes q' essētia filij quā copulat/ erat/ est sup oē tps/ nec tempore variat. **O**ia p'p'ia facta sūt. Hic incipit scda ps hui' libri s' m nrām diuisione: i q' agit de exitu creaturarū a pte p' sbu. Diuidit aut' hęc ps i duas p'ticulas. In p'iori ostendit q' oia facta sūt p' verbū. In secūda determinat qualis oia sūt i verbo q' incipit: ibi: **Q**d factū est i ipso vita erat. Et i his duob' p'inet tota snia hui' secūde p'tis. Ordinat aut' hęc scda ps libri ad p'iorē/ vt riuus ad fontē. i. vt ortens ex illa. In illa liquidē parte. i. in prima/ ostēsum ē q' verbū habet rationē p'ncipij quātū ad hoc q' ante ipsū nihil: et ipsū ante oia: ratio aut' pncipij in plus est. s. q' ab ipso oia. Et b' ostendit h' cū dicit: **O**ia p' ipsū facta sūt. Et sic patet q' hęc qnta p'positio oritur a quarta: qua dicit' ē: **H**oc erat i principio apud deū. Nam ratio pncipij est: vt ab ipso oia: et verbū erat in principio/ nō transiens sed pmanēs apud deū: necesse est ipsum verbum habere rationem pncipij: quare sequitur q' omnia per ipsum facta sunt. Item filius venit in mundū patre manifestare qui vsq' tunc mūdo fuerat ignot': sicut dicit' tur. i. b. Memo deum vidit vnq': sed vnigenit' filius qui ē in sinu patris enarrauit nobis. Et qz ad hoc venit/ ideo verbum dicitur: cui' ratio est secreta mētis exterius manifestare. Prima autem manifestatio patris est in imagine eius: qd ē secūda imago/ que imediate traducit' ab imagine prima: id est i creatura que est a patre per verbum. Cum igitur in prima parte sufficienter actum sit de prima manifestatione patris/ consequēs fuit vt in secunda parte ageretur de secunda manifestatione. Et b' totum innuitur ab Aug'. in libro de decem chordis/ circa mediū libri: vbi dicit. Aliter imago tua est in filio tuo: aliter in speculo. In filio tuo est imago tua s' m equalitatem substantie: in speculo autem q' longe est a substantia: et tñ est quedā imago tua: q' nō talis qualis in filio. In filio s' m substantiam: in creatura non est hęc imago dei que est in filio: quia hic est qd pater: id est verbum dei per qd omnia facta sunt. Et consequenter ponit satis elegans exemplum. Aliter inquit ē imago imperatoris i filio: aliter i solido aureo: id est in denario. Sic igitur patet ordo z ratio ordinis huius secūde partis ad primam. Sed anteq' exponamus sententiam huius partis ad primam/ oritur questio satis probabilis: videlicet cum in hac parte agat iohānes de exitu creaturarū a suo pncipio: quare ipse nō enumerat creaturarū species per ordinem quo factę sūt: sicut fecit moyses i Genesi/ vbi enumerat per ordinē opera septem dierum. Ad hoc dicimus q' moyses non intendit agere de verbo eterno/ nisi p'out ē pncipiū omnium: et ideo pncipaliter intendit agere de exitu creaturarū in esse per verbū: vnde necesse fuit ipsum ordinem exitus de terminare: Iohānes autem agit pncipaliter de reductioe creature rationalis ad patrem/ per verbum per qd factę sūt oēs creature: et ideo nō debuit hic rāgi ordo exit' creaturarū a deo nisi in sūma: sed reductiois ordo debuit seriātim ostēdi quo ad dispositioes pertinentes ad ipsū reducētem: que dispositioes tangunt z aperiunt in ppositioibus p'ncipij et secūde p'tis huius libri. Et q' ita sit/ habetur apte a Chryf. i qnta homelia sup libz illū/ vbi dicit. Moyses ic' p'p'is histo'ia z cōscriptioē q' ē in veteri testamēto/ s' sensibilib' nobis loquit' / et hęc enumerat p' multa: euāgelista s' h'c oia exercēs/ vno verbo cōprehendit et illa et ea q' his sūt supiora. Et dicit causā qre sic facit. Decent' cōsult' et cognita existētia auditorib' / z ad maiorē festinās materiā z totū hunc libz instituēs/ nō de creatura sed de cōditore omnia pducēte dicere. Et ita q' b' aduertit verba Chryf. tres causas inuenit quare iohānes non enumerat hic ordinem creaturarū. Quarum prima est: quia notē erāt creature factę per verbū/ et ideo non oportuit de nono enumerare. Secūda: qz maiorē z digniorē materiā volebat psequi.

S S S Tertia quā dixim'

Tertia quam diximus. scilicet quod non intendit agere de exitu creaturarum a deo sed de reductione earum ad deum per verbum: et ideo conditiones verbi non ordinem creaturarum debuit prosequi. Dicit ergo. **a Omnia visibilia et invisibilia spiritualia et corporalia naturam servantia quod dicimus propter peccata que naturam non servant sed corrumpunt.** **b Per ipsum verbum quod erat in principio apud deum.** **c Facta sunt a patre: ut sic notetur per prepositionem ratio principij in patre respectu filij et identitas virtutis operantis principij in utroque. Nam pater et filius unum sunt principij operantis omnium.** Et hoc aperte dicit Anselmus in libro de spiritu sancto contra grecos: ubi dicit: Pater fecit omnia per verbum: licet sit eiusdem essentie cum patre: quia fecit omnia sua potentia que est idem filio. Sed cum dicat: **Omnia** nihil explicans: nunquid in hac universali distributione includitur spiritus sanctus? Dicimus quod non: quod sicut pater et filius non sunt inter omnia sed super omnia: ita spiritus sanctus non est inter omnia sed super omnia: sicut dicitur Beati. j. a. Spiritus domini ferebatur super aquas: quare non est factus inter omnia sed factor omnium. Solet etiam queri quid notet hęc prepositio per: cum dicit: **Omnia per ipsum facta sunt.** Sed ista soluta est hęc questio per expositionem: quia diximus identitatem virtutis operantis in patre et filio: ita ut virtus illa sit a patre in filio. Unde Proverbia vij. d. Quando appendebat fundamenta terre cum eo eram cuncta componens. Sed oritur alia questio satis difficilis. scilicet utrum vere possit dici quod pater omnia fecit per spiritum sanctum sic per filium. Ad hoc dicitur: **et bene quod vere potest dici quod pater operatur per spiritum sanctum sicut per filium: sed magis proprie dicitur pater operari per filium: quia patri attribuitur potentia operandi: filio vero ipsa operatio: spiritui sancto conseruatio operati.** Pater proprie operatur per filium et in spiritu sancto: sic enim differunt hęc due prepositiones: per in: quod per dicit causam efficientem: in continentem seu conseruantem. Unde Roma. xj. d. Ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia. **Ibi glo.** Ex ipso dicitur propter patrem ex quo filius: per ipsum propter spiritum sanctum: quia sola dilectione creavit et conseruat omnia. Potest etiam addi ad hanc rationem: ut dicam? cum Aug. super Beati. ad litteram: quod per prepositio non solum notat causam efficientem: immo etiam exemplarem: quod non proprie conuenit spiritui sancto sed tamen filio: qui est ars in qua sunt omnium rationes: quia ipse est imago patris perfecte indicans substantiam et virtutem patris. Quare patet quod non proprie potest dici pater per spiritum sanctum operari: tamen si reperiat alibi: debet dici quod per: non notat tunc nisi causam efficientem que est ab alio. Queritur etiam: utrum proprie possit dici pater operari in filio sicut per filium: Et dicitur quod utrunque bene dicitur: et utrunque reperitur. **Dei. j. a.** **Mouissime locus est nobis in filio per quem fecit et secula.** In **Ps.** **Omnia in sapientia fecisti.** **Col. j. c.** **Omnia per ipsum et in ipso creata sunt: et ipse est ante omnes et omnia in ipso consistunt.** Et per utrunque prepositionem: id est per et in: notatur identitas principij siue virtutis operantis. **A** hoc et ab prepositio dicit auctoritatem principij in suo casuali: Ideo non dixit Iohannes: **Omnia ab ipso facta sunt.** Unde Hilari. **Filius per se operatur sed non a se.** Sequitur: **d Et sine ipso verbo omnia faciente: et factum est nihil: naturaliter subsistens.** Peccatum hoc non est natura subsistens: quare non est ab ipso vel per ipsum. **T**amen peccatum ipsum in quantum participat communem rationem entis est a deo: In quantum hoc deficit ab ente non est a deo: ut dicit Anselm. **E**t probat hoc idem Dionysius in libro de diuinis nominibus in capitulo de ente: ubi tractat de malo. Sicut igitur artifex sine arte et sapientia sua nihil operatur: immo omnia per artem et sapientiam facit: et etiam prius in ipsa arte omnia et consequenter in opere: sic pater omnia fecit per filium qui est ars et sapientia eius: et sine ipso nihil facit: sed prius omnia fecit in ipso sicut in arte: et consequenter omnia fecit per ipsum in opere. **N**otandum autem est hic: quattuor quedam di-

ci de filio: que sunt idem in re sed differētia ratione. scilicet sapientia: ratio: ars: idea: et alia duo: verbum et imago. Sapientia dicitur prout informat et facit sapientem: Unde se magis tenet ex parte artificis habentis: et ideo non recipit plurale ut dicatur quod plures sapientie rerum sint in filio vel in deo. Similiter ars dicit eadem sapientia prout est directiva operum: Unde licet aliter qualiter respiciat pluralitatem operum: quia tamen omnia respicit in vna ratione exitus sui: id est ordinate et sapienter: ideo nec ipsa ars recipit plurale. **R**atio vero respicit finem: Unde magis tenet ex parte rerum: et ideo recipit plurale. **I**dea vero dicit speciem rei exemplarem in ipsa sapientia. Unde dupliciter habet comparisonem: Unam ad res quarum est exemplar: aliam ad sapientiam cognoscentem res exemplatas. **S**cdm primam comparisonem recipit plurale. Unde conceditur quod multe idee sunt in deo. **S**cdm aliam comparisonem non recipit plurale: Unam et a sanctis dicitur quod vna sola idea est in deo. **E**t ita necesse est dici: **Cum enim idea sit quasi mediū inter cognoscentem et cognoscibilia: necessario sequitur conditiones utrorumque.** **H**ęc quattuor nomina cum respiciat cognitionem essentialia sunt et conueniunt toti trinitati: tamen filio appropriantur. **V**erbum vero et imago proprie dicuntur de filio. **V**erbum enim et imago dicitur filius: in quantum perfectissime loquitur seu representat substantiam et virtutem patris: non solum respectu creaturarum: sed etiam respectu spiritus sancti: cuius cum patre est filius unum principium: alioquin non esset verbum vel imago ipsius: quia non totum patrem loqueretur filius. **S**equitur: **Quod factum est in ipso vita erat.** **H**ic incipit secunda particula huius secundę partis. **E**t oritur hęc propositio ex primis: **N**am si verbum erat in principio: per quod facta sunt omnia: et sine quo factum est nihil: eo quod sit ars et sapientia patris: seculi que omnia que facta sunt prius fuerunt facta in eo: ut in arte que sunt facta in opere. **E**t hoc est: **Quod factum est in ipso vita erat.** **I**n verbo quod est vita: erat ipsum vita. **S**um quod dicitur spiritus habet in se omnes rationes que cognoscit. **S**ed est duplex cognitio. scilicet practica et speculatiua. **S**peculatiua cognitio est proprie scientia: et hęc potest esse omni possibile et que nunquam erunt. **V**ltra enim possunt fieri que nunquam fiunt: et hoc potest esse cognitio speculatiua que dicitur scientia. **P**ractica autem cognitio est scientia displiciti: **E**t hęc est tamen eorum que fiunt aliquid: que supra diximus factibilia. **R**atio istorum factibilium in deo dicitur vita: quia vita magis se tenet ex parte voluntatis: sicut in omni ratione et rei proprietate. **U**bi etiam in nobis perfectio voluntatis dicitur vita anime: id est virtus vel gratia: perfectio vero speculatiui intellectus proprie dicitur veritas: non vita. **S**cdm hanc rationem similitudinis transumptum est nomen vite ad rationes rerum in deo existentes: et est tamen eorum que sunt in eo que approbatione vel que fiunt in actu. **S**cdm hoc vita potest esse ablatiui vel nominatiui casus. **E**t est idem sensus. **Q**uod factum est in actu: erat in ipso vita: ab eterno antequam esset et postquam esset et postquam preterisset: semper absque mutatione in ipso fuit vita. **E**t quod ita debeat dici sumitur ab Aug. in secundo libro super Beati. ad litteram: ubi dicit: **Q**uia ergo nihil creari posset: siue ante tempora quod quidem non est creatori coeternum: siue ab exordio temporum siue in aliquo tempore cuius creati ratio: si tamen ratio recte dicitur: non in verbo dei patri coeterno coeterna vita viueret. **P**ropterea scriptura priusquam insinuet vnaquamque creaturam ex ordine quo dicitur dicitur: respicit ad dei verbum prius ponens: **E**t dixit deus: fiat illud. **J**uxta hanc expositionem hęc propositio: **I**n notat primariam effectum in causa exemplari extra. **N**am sic dicit Aug. in eodem libro: **ante omnes creature sunt in deo creatrix essentia.** **S**ic exponitur hęc propositio scdm Aug. **S**cdm **h**ilari. **Q**uod factum est in ipso: hoc est. scilicet incarnatio: passio: resurrectio: et cetera huiusmodi. **V**ita erat. scilicet causa vite nobis. **U**bi. j. xj. c. **E**go sum resurrectio et vita. **S**cdm **A**mbrosio. **Q**uod factum est in ipso vita: id est

Ps. 107.

...vita... factum est... in ipso... vita erat... resurrectio et vita...

**I**n ipso vita. I. per ipsum qui est vita. j. xliij. a. Ego sum vita veritas et vita. Erat antequam fieret: Erat enim in dei presentia antequam fieret in existetia. Scdm Origenem. et Chrysom. sic exponitur et punctatur littera: **Sine ipso factum est nihil quod factum**: quod fit contra hereticos: qui punctant litteram post nihil: sicut Aug. Et dicunt: Si nihil factum est sine ipso: et spiritus sanctus est aliquid: factus est spiritus sanctus per verbum. Et hoc narrat Chrysom. in quinta homelia: ubi dicit: Sine ipso factum est nihil quod factum est: si quid factibile est: hoc dixit per eum factum esse: puta et si invisibile sit: et si incorporeum: et si in celis: propterea non dixit: omnia per ipsum facta: sed si quid factum est: id est factibilia: spiritus autem sanctus non est factibilis. Sequitur fm Chrysom. **In ipso vita erat. q. d. non est mirum si sine ipso factum est nihil quod factum**: id est si per eum factum est omne factibile: quia in ipso vita erat: id est prouidentia res prouidendi et conseruandi in esse ex ipso primo fonte indeficiente et omnibus sufficiente in faciendis et conseruando. Unde dicit Chrysom. in quinta homelia. Deus antequam operaretur esse et postquam fecit: similitudo indeficiens manet in nullo minoratus est: nec inuoluitur factus ex multa condicione: sed et si quod plures oportet factos esse mundos tales: et si infinitos: idem manet omnibus sufficiens: non ad inducendum eos solum: sed ad continendum eos post conditionem. Nomen enim vite non conditionis hic solum est: sed et prouidentie: que est fm permanentiam. Scdm hac expositionem oportet dicere quod creature non fuerant ab eterno in deo vita: Nam si vita respicit conditionem et conseruationem rerum: que ab eterno nec condite nec conseruatae sunt: sequitur quod nec ab eterno fuerunt vita in deo. Sed tunc surgit questio: fm quam rationem vite que est apud nos transfunditur vita ad diuinam sapientiam. Item queritur: fm quam differentem rationem vite accipiant sancti has diuersas expositiones. Item queritur: vtrum creature magis sint vita in deo cum sint actus que ante vel postquam preterierint. Sol. Ad primum dicimus quod vita fm que est in naturis apud nos: est primum actus et continuus anime in corpus organicum: prima enim excitatio animati ad esse fm que animatum est: actus viuificus continens ipsum animatum in esse per continuationem ipsius actus viuifici. Ad vtrumque horum respexit Chrysom. in sua expositione: dicens ipsam diuinam sapientiam vitam omnium: tum quia primo ducit ad esse ontologia: tum quia continet in esse omnia. Et hoc est quod dicit Chrysom. in quinta homelia. Nomen vite non conditionis hic est solum: sed et prouidentie: que est fm permanentiam. Et ita cum diuina sapientia non manifestet nobis nisi per actus suos: vt dicit Chrysom. debuit dici vita que est primum actus et continuus anime in corpus suum. Item ponatur quod anima sit ante corpus: adhuc dicitur quod anima vita corporis non actu: sed potentiam huius actus iam habet in se. Et iuxta hanc similitudinem transfunditur Aug. et Anselmus vitam ad diuinam sapientiam. Unde dicitur: quod res antequam sint in natura sunt vita in deo: et cum sunt et postquam esse desierint: eo quod exemplar eorum apud primam causam immobilem perseverat. Et sicut non diceremus quod anima esset vita corporis si nunquam viuificaret: ita non dicimus quod in deo sit aliquid vita si ipsum nunquam erit: etiam si possibile est ipsum fieri. Sic patet solutio ad duo prima. Ad tertium dicimus fm Aug. et Anselmum: quod res quocumque modo varietur: equaliter sunt vita in deo. Ultra enim nominat rationem eternam apud deum immutabiliter permanentem: sed tamen deus non semper equaliter viuificat res: nec semper equaliter viuunt in deo: quia viuunt: et viuificant: dicunt vitam actu participatam: hoc tamen dico sine preiudicio. Aliter etiam exponit hoc vltimum Chrysom. **In ipso vita erat**: id est ipsum. s. verbum vita erat in se: sicut pater in se. Unde. j. v. e. Sicut pater habet vitam in semetipso: sic dedit filio vitam habere in semetipso. Nec per hoc ponitur aliqua compositio in patre vel filio: cum non sint vita per participationem sed per essentiam. Per primam propositionem: id est per hanc: **Omnia per ipsum facta sunt**: confunditur

arrius: qui posuit filium esse creaturam: Non enim potest esse creatura per quem omnis creatura facta est. Per secundam id est per hanc: **Et sine ipso factum est nihil**: confunditur manicheus: qui dicit corporalia sine ipso facta a malo deo. Per tertiam: id est per hanc: **Quod factum est in ipso vita erat**: confunditur nestorius: qui dicit filium habuisse initium: Nam si haberet initium: res non fuissent vita in eo: cum ipse non esset. Vltima verba dicimus de verbo: quia bonum est ab hoc verbo esse verbosum: cum non sit nisi vita et veritas et ratio et sapia. Sequitur: **a. Et vita erat lux hominum.** Hic incipit

Tertia pars libri

Et vita erat lux hominum:

tertia pars libri: in qua agitur de temporali verbi natiuitate. In prima siquidem parte actum est sufficienter de eterna verbi generatione. In secunda de exitu creaturæ a patre per verbum: quare consequens fuit vt in tertia parte ageretur de temporali verbi generatione: fm quam facta est creatura. Habet autem hæc pars tres propositiones. Prima est de verbi incarnatione: secunda de verbi incarnati operatione: tertia de efficacia et virtute incarnationis et operis.

**Dicit ergo: Et vita erat lux hominum.** Scdm hoc respondet obiectioni tacite que posset fieri. Dixerat siquidem quod verbum erat vita omnium factibilium: et in verbo idem est vita et lux: que videtur quod similis sit lux omnium factibilium. Et respondet iohannes dicens: quod non omnium est lux: sed hominum. Et est ratio dicti hæc: quia sicut lux est prima et vniuersalis species omnium formarum corporalium et principium omnis viuificationis corporalis: ita lux spiritualis est homini prima via vite de tenebris erroris illuminans: et viam ad inuisibilia demonstrans. **a. Et vita erat lux hominum: cum hominum naturam sibi in unitate personæ vnuit: vt infirmus oculus hominum radios sui fulgoris sustinere posset.** Ante incarnationem vero lux erat in se et etiam angelorum: sed non hominum: qui non poterant solem in rota intueri: et ideo sol nube se induit: et sic factus est: **c. Lux hominum: quoniam simeon videns solem sub nube: cum gaudio dixit: Luc. ij. e. Nunc dimittis seruum tuum domine fm verbum tuum in pace: quia viderunt oculi mei salutare tuum: Quod parasti ante faciem omnium populorum: Lumen ad reuelationem gentium: et gloriam plebis tue israel.** Item Ps. Exortum est in tenebris lumen rectis corde: misericors et miserator: et iustus dominus. Esa. ix. a. Populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam: habitantibus in regione umbræ mortis: lux orta est eis. Quia autem sol noster suo ortu temporali viam ad lumen eternitatis ostenderit: dicitur in Ps. Quoniam apud te est fons vite et in lumine tuo videbimus lumen. Esa. lx. a. Ambulabunt gentes in lumine tuo: et reges in splendore ortus tui. Item in Ps. Signatum est super nos lumen vultus tui domine. Super nos dicit: non super angelos: quia vt dicitur Heb. ij. d. Nusquam angelos apprehendit sed semen abrahe apprehendit. Quia satis conueniens fuit iuxta proprietatem rerum naturalium. In speculo siquidem corporali fit reflectio luminis corporalis: ideo conueniens fuit vt in speculo spirituali quod est mens humana fieret reflexio luminis spiritualis. Quod factum est in incarnatione homini: **Tunc enim signatum fuit lumen vultus dei super speculum.** Ante incarnationem quasi non signata hoc lumine humana natura traheretur ad infernum: sed post incarnationem tanquam insignata signaculo regis ascendit in celum. Et nota quod dicit: **Et vita erat lux hominum: generaliter non iudeorum tantum: quia per verbi incarnationem lex moysi que aliquod lumen erat: sed quasi clausum infra limites iudee: transfusa est in omnes gentes per christum.** Et hoc totum comprehendit Chrysom. vno verbo in quinta homelia dicens. Primum quidem de conditione nos edocuit: deinde dicit bona que sunt fm animam que prebuit nobis veniens: et per vnum verbum enigmatice ostendit ea euangelista dicens: **Et vita erat lux hominum.** Non dixit lux iudeorum: sed vniuersalis hominum. Non enim iudei soli: sed et gentes ad hanc venerunt cognitionem: quia vera lux erat hominum: oportebat vt tunc luceret: cum alius de luminis auxilium habere non poterat: et vnde tenebrarum caligo inuoluebat: **Et tunc subdit: Et lux in tenebris**

Ps. 111.

Ps. 35.

Ps. 4.

Et lux in tenebris

Et lux in tenebris lucet. I. in medio erroris. Fuit enim...

Et lux in tenebris lucet: et tenebre eam non comprehenderunt.

Fuit homo missus a deo:

producis luciferum in tempore suo: Preterea: vox est...

Fuit homo missus a deo cui nomen erat iohannes. Diuiditur autem hec...

propter christum sed propter populum infirmum: qd aliter non...

Moraliter dicitur fuit homo etc. hic notant quatuor...

Quarta pars libri

Fuit homo missus a deo. Quarta pars huius libri: in qua agitur de...

Ps. 131.

Vertical text in the right margin, including 'Cui nomen erat iohannes' and other commentary.

**Esa. xl. a. Vox clamantis in deserto: parate viam dñi/rectas facite semitas dei nri. Malach. iij. a. Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam: qui p̄p̄gabit viam tuam ante te. Et merito dicitur iohānes angelus: quia non propriam sed mittentis causam egit. Unde Chryſt. i sexta homelia. Tu autem dicens qm̄ a deo missus fuit iohanes: nihil de reliquo humana esse existima eoz que dicuntur ab illo: non enim que eius sunt sed que mittentis omnia loquitur: ideo angelus nuncupatur: angeli enim virtus est nihil propriū dicere.**

**Cui nomen erat iohānes. Hic venit i testimonium vt testimonium perhiberet de lumine: vt**

**Cui nomen erat iohānes: an teq̄ mitteret. Esa. xlii. a. De ventre matris meę recordat̄ ē nomen me: id est in vtero matris meę dedit mihi rem nois mei: id est gratiam. Ideo dicit: Cui nomen erat iohānes. Nomen: quia anteq̄ conceptus esset p̄noiat̄us est ab angelo. Luc. i. a. et anteq̄ natus fuisset habuit rem nois: id ē gratiā: quia sanctificat̄ fuit in vtero matris suę. Unde de ipso dicit illud Hier. i. b. Prius q̄ te formarem in vtero noui te: et ita ex noie: et anteq̄ exires de vulua sanctificauit te. **Hic: id est talis. s. homo missus iohannes: id est gratioſus. Venit: primo in mundū: deinde in deserto vbi ab infantia vixit baptizans et p̄dicans baptismū penitentię: deinde venit de deserto in iudęam: vt ibi populo p̄dicaret. Unde Luc. iij. a. Factum est verbum dñi super iohannem filium zacharie in deserto: et venit in omnem regionē iordanis p̄dicans baptismū penitentię in remissionē peccator. Per hoc qd̄ dicitur: Factum est verbum dñi sup iohannē: intelligit̄ hęc missio iohānis qua missus est a deo ad testificandū. Nec aliter p̄dicabat iohannes baptismū nisi quia baptizabat in noie venturi post se ad baptizandū et p̄dicandū: et in hoc ferebat et testimonium qd̄ ipse solus dimittebat peccata et gratiam conferebat. Et hoc ē: Venit in testimonium: id est ad testimonium perhibendū. Et qd̄ dicit: venit: notat liberā voluntatē iohānis: qz id ad qd̄ missus fuit libera voluntate peregit. Ideo aut̄ vixit ab infantia in deserto: vt linguā suā ad tātū testimonium seruaret impollutam: qd̄ non potest fieri inter hoies. Cui Esayas. vi. b. quādo mittebat i testimonium rei visę dicit: Egredere mihi quia tacui: quia vtr̄ pollutū labij ego sum et i medio pollutū polluta labia habentis ego habito: Idcirco anteq̄ mitteratur purgant̄ labia eius calculi ardētis tactu. Similiter ble/ remias purgat̄ anteq̄ mittatur: sed non calculi tactu sed manus tm̄: quia adhuc parum peccauerat in lingua: quia puer erat. Unde Hier. i. b. Visit dñs manū suā et tetigit os meum: et dixit ad me: Ecce dedi verba mea in ore tuo. Iohannes hō nec manu nec calculo tangitur: quia linguam suam in deserto seruauit impollutam: et ideo idoneus fuit ad testificandum. De quo autem deberet ferre testimonium iohānes ostendit euangelista dicens: **Et testimonium perhiberet de lumine: id est de christo nato de virgine: sicut radius nascitur a sole sine aliqua eius corruptione v̄ diminutione. S; quid est qd̄ dicitur. j. v. f. Ego autem non ab homie accipio testimonium: Ideo heretici forte dixerunt qd̄ iohannes nō fuit homo sed angelus incarnatus. Sed heresis ista eliditur per hō qd̄ dictum est. s. fuit homo missus a deo. Dicimus ergo qd̄ in testimonio tres personę sūt ad minus. s. testificans: et cui testificatur: et pro quo testificat. Testificans fuit iohānes: cui testificatur: populus iudæus: pro quo christus. Testimonium igitur non propter christi indigentiam sed propter populū infirmitatē necessarium fuit: qz populus alit̄ nō recepisset christū nisi iohannes qui sanctitate vitę omnes transcenderet eū suo testimonio cōmendasset. Unde illud: Ego ab homie non accipio testimonium: sic exponit Chryſt. id est nō indigeo prop̄ me: sed condescēdo in id humilitatis causa propter salutē v̄stram. Et hoc idem innuit euangelista hic subiūgens: **Et omnes crederent in christum: per illum: id est iohannē testificantem. q. d. non christo fuit necessarium iohannis testimonium propter se: sed iudicis qui splendorem eius nō possent********

ferre si immediate et nude venisset ad eos: ideo signant dicitur de lumine nō de luce. Differūt enī lux et lumē: sic fons et rivus. Lux enim est in propria natura existens: lumen actus lucis: idē diffusio in aliquo susceptibili. Et ob hoc vt notet necessitas testimonij ex parte suscipientis: nō ex parte lucis: dicitur de lumine non de luce. Et in h̄ terminat̄ intentio p̄m̄e p̄culę huius quartę partis. lib. i. Sed qz apud hoies dignior et creditibilior iudicatur ille qd̄

**omnes crederent per illum. Non erat ille lux: sed vt testimonium perhiberet de lumine.**

q predictus sermo magis interrogatiue / vt dicit Chryf. q re-  
missive / vt dicunt aliq / intelligend? est. Philippus enim idio-  
ta nesciens respondere: nec multum curans de solutione que-  
stionis sibi facte: misit eum ad fontem sapientie: id est iesum / di-  
cēs: m Veni mente z corpore: n Et vide / oculo in-  
teriori z exteriori. Et statim venit nathanael: qd tñ trāsit euā-  
gelista causa breuitatis. o Vidit iesus / visione salubri.  
p Mathanael venientem ad se: stimulatū videndi de-  
siderio: et tractum a philippo. r Et dicit de eo / christus  
de nathanael / cum adhuc distaret: ita tñ q audire poterat: vt  
dicit Chryf. s Ecce vere israelita: id est non solū car-  
ne ex israel: sed fide z imitatione. Roma. ix. b. Non omnes q  
sunt ex israel: bñ sūt israelite. t In quo dolus non est:  
fraudis aut simulationis. Nec per hoc negat eum dominus  
esse peccatorem / sed commendat simplicitatē. Sed quare com-  
mendat eum domin? potius q alios: Item quare adhuc di-  
stanti nathanaeli locutus est? Item quare non fecit eum apo-  
stolum suum quem ita commendauit? Item quare non dixit  
ei: Nō est verū qd dixit tibi philippus. i. me esse a naçareth?  
Item quare dixit ei: Ecce vere israelita in quo dolus nō est:  
cum per hoc videatur innuere aliquem v? aliquos esse falsos

israelitas in quibus est dolus. Solutio. Ad primum dicen-  
dum: q propter duo domin? laudauit nathanael poti? q ali-  
os. Primo propter ardens desiderium videndi ipsum iesum  
qd habuit nathanael: qd cōmune fuit sibi cum alijs: sed for-  
te ardentius fuit in eo: quia per scripturas nouerat tempus  
aduentus christi venisse: vnde leui persuasione philippi tuit  
videre ipsum. Aliud fuit: q pze alijs habuit iugem medita-  
tionem legis qua scuit christum non nasci in naçareth: nec

careth potest aliquid boni eē:  
Bicit ei philippus: Veni et  
vide. Vidit iesus nathanael  
venientē ad se: et dicit de eo: Ec-  
ce vere israelita i q dol? nō ē.  
Dicit ei nathanael: Tñ me no

tū de sua scientia su-  
pbiuit: nec philippo  
falsum asserenti su-  
perbe respondit. Ad  
secundum dicendum  
q ideo adhuc distat  
dixit secretū ei? vt p  
hoc ostēderet se esse  
messiam verum de-

um z verum hominem: qui nullo reuelate cognoscit occulta.  
Ad tertium dicendum / q ideo non fecit domin? nathanael apo-  
stolū: quia doctissimus erat i lege: vt dicit Aug? / quia pzedi-  
cationis sue fructus a pluribus magis sapientie eius q vir-  
tuti diuine ascriberetur. Ad quartum dicendum / q ideo non  
dixit domin? nathanael: non sum de naçareth: sicut dixit phi-  
lippus / ne sermonem altercabilem poneret inter fratres. Ad  
quintum dicimus: q ad differentiam scribarum z pharisaeorū  
qui legem z prophetas nouerant / nec tñ veri israelite erant s  
pleni dolo fraudis z simulationis: dixit: Ecce vere israelita i  
quo dolus non ē. Unde Chryf. dicit. Itaqz est z falsus israe-  
lita / scriba. s. et pharisaeus: qui ab herode requisit? vbi christ?  
nasceret / perhibuit testimoniū ipsi quem nondum viderat:  
dicēs: in berthelem iude: cum autem vidit ipsum miracula fa-  
cientem z audiuit mira loquentē: negauit se nosse vnde esset.  
j. ix. f. Nos scimus q moysi locus est dominus: hunc autē  
nescimus vnde sit. Sed nathanael ita absens sicut pzesens se  
habuit: hic semper scuit z semper confessus ē christū in beth-  
leem nasci. Sequitur: v Dicit ei christo. x Matha-  
nael / audita cōmendatione suūpsi? ab illo. y Unde me  
nosti. In hoc ipso probat se nathanael verum israelitam: qz  
nec laudibus inclinatur ad consentiendum laudanti se: sed

rectus permanens

\* sepe offertur. Unde sequitur: a Inuenit philip-  
pus nathanael / doctissimum in lege et honestum in con-  
uersatione. b Et dicit ei: quem scripsit moyses i le-  
ge z prophete: inuenimus iesum filiū ioseph a na-  
çareth. Tales etiam querit laus humana: bonos z sapientes  
frequenter inuestat. Aug. lū cetera vitia in malis operibus  
exerceant vt fiat / superbia ho etiā bonis operibus insidiat vt  
pereat. k Et dicit ei nathanael: A naçareth potest  
aliquid boni esse: Bona est interrogatio ad reprimendā  
laudē humanam oblatam. Naçareth enī interpretat flos: et  
significat principium bonę conuersationis. Unde licet homo  
sit iesus z filius ioseph: id est licet sit perfectus z se z alios sal-  
uans: tñ debet reputare se esse in flore: id est in principio: z ad  
huc periculis patere. Luc. xvij. c. Cum omnia bene feceritis  
dicite serui iuriles sum?. l Dicit ei / nathanael / philipp?  
m Veni z vide / bonū qd habes: qd facit diabolus vt ho-  
mo superbiat. Sequitur: o Vidit iesus: id est predicat  
tor. p Mathanael / donatū deo: id est penitētē. q Ve-  
nientem ad se: id est eius consilij z monis acquiescētē.  
r Et dicit de eo: ecce vere israelita i q dolus nō ē.  
Iste notant tria que debent esse in vere penitēte. Primū est  
veritas pssionis: qd notat p / vere. Secūdū ē rectitudo in-  
tentionis: qd notat per / israelita. Tertiu ē ppositū psumationis  
seu pfeuerantie: qd notat ibi: In quo nō est dolus. Ille  
enī in dolo penitet: qui in penitētia non pfeuerat. Et talē fu-  
git spūs sanctus. Unde. Sap. j. b. Spūs sanct? disciplinē effu-  
giet fictū. v Dicit ei nathanael: vñ me nosti. Sic de-  
bet rñdere vere penitēs omī laudanti se: nō statim acquiescere.  
Ps. Oleum peccatoris non impinguet caput meum. Ps. 140.  
uerb. j. b. Fili mi si te lactauerint pctōres ne acquiescas eis.

\* Respondit iesus et

Doraliter

Ps. 140.

rectus permanens / vtrū sit christus oculis cognoscēs / inue- / stigat. Et quia christus nō diu volebat eū fluctuare i dubio: / a Respondit ei: id est nathanael: b Iesus / volēs ip- / sum saluare. c Et dixit ei / ad huc dubitanti / sed quērenti / z certificarī volētī. d / dīus te philippus vocaret: / vt venires ad me. e

Cum esses sub fi- / cu. Ad litteram sub / arboze ficī: locū pro- / priū in quo inuen- / tus est: et genus ar- / boris sub q̄ erat det- / minās: qd pur' ho / mo absens scire non / posset. Vel Sub / ficu: id est in lum / bis adest quando comedit ficum. Vel / Sub ficu: id est sub lit- / tera legis: g / Uide te: id est noui te qualis esses: et qd age- / res vel acturus esses. h Respondit ei nathanael / et / ait: rabbi: id est magister: et per hoc cōfitef se discipulum. / k Tu es filius dei. Per hoc ostendit se vere israelitam: / sic dixerat dñs. s. / Tu es rex israel: cui' ego sū miles. / Querit autē Chrys. in. xxj. homelia: qre nathanael nō bea- / tificetur a christo pro hac cōfessione: sicut petr' Dat. xvj. / c. Et videt q iste potius deberet beatificari q̄ petrus: quia / petrus post multa miracula visa confessus est filium dei esse / christum: iste pō nullo viso miraculo. Respondet et dicit q li- / cet eadem verba dixerit vterq: id est petrus z nathanael: nō / tñ ex eodem intellectu. Petrus enī intellexit ipsum esse dei fi- / lium naturalem: nathanael pō non nisi per gratiam specialē. / Unde nathanael pmittitur visio angelozum descendētū / super christum z ascendētū ad probationē diuinitat' christi: / qd nullo modo fieret si plene cognosceret diuinitatē christi: / petro pō nihil tale promittit / sed super eius perfectionē dici- / tur ecclesia edificanda. Posset z aliter solui: q licet eadē fue- / rit petri et nathanael's confessio: nō tñ idem mouens ad con- / fessionem: sicut patet ex circūstātia litterę. Hic certa signa di- / uinitatis exhibita fuerunt nathanaelī. s. cognitio secretoꝝ ob- / sequiū angelozum: In math 20 pō magis fuit oppositum: qz / cum quidam dicerent ipsum esse hieremiam: alij heliam: alij / iohannem baptistam aut vnum ex prophetis: petrus nullo / homine persuasus simpliciter confessus est ipsum esse filium / dei: Et ideo dictum est ei: Beatus es simon bariona: quia ca- / ro z sanguis non reuelauit tibi: id est homo vel ratio huma- / na: sed pater me' qui est in celis. m Respondit iesus: / nathanael. n Et dixit ei: verum dicenti / sed non plenam / veritatem cognoscenti. o Quia dixi tibi / vidi te sub / ficu: cum esses absens: q / Redis / me esse filiū dei z regē / israel. q. d. ex quo h modicū mouet te ad credendū: r / Pa- / ius / iudiciū meꝝ diuinitat' s / His q̄ iam vidisti: r / De- / bis: nō solū oculis cordis / sed etis oculis corporis. Et sta- / tim subdit quid sit illud malus. v / Et dicit ei: Amen / amen: id est vere z absq̄ omni dubio: x / Dico vobis: / id est tibi et alijs. Seminare / amen / proprium est iohannis / propter maiorē scribendū certitudinē. Beñ. xij. d. Qd vidi / sti secundo ad eādem rem pertinēs somnū firmitatis iudici- / um est: eo q fiat sermo dñi z veloci' impleatur.

Ps. 40. Amen tenetur

Nominaliter. Apoc. iij. c. Hec dicit amen / testis fidelis et verus. / Verbaliter. In Ps. Fiat / fiat. In hebr 20 / Amen / amen. / Aduerbiāli. Hic: Amē amē dico vob zc.

Uidebitis celum apertum: sicut i transfiguratiōe et / in baptismo. Et angelos dei ascendentes z descē- / dentes super filium hominis / obsequētes ei vt regi suo. / Per ascendere z descendere notat frequentia obsequij. Sep- / te em tale obsequiū exhibuerūt ei angeli: sic dicit Chrys. Si- / cur post ieiuniū: Mat. iij. b. Et post orationē in monte oli- / ueti: Luc. xxij. e. Sed euangelista causa breuitatis p̄finit / tit ista. Sic iacob patriarcha vidit scalam attingentem vsq̄ / ad celum et dñm innixum scalę z angelos ascendentes z descē-

dentēs: Beñ. xxvij. c. Sed cū angeli sint sp̄rit' / inuisibiles: / nec videri possint oculis corporalib' / credendū ē q in figura / humana et iacob z nathanael viderūt angelos.

\* a Respondit iesus z dixit ei: priusq̄ te philip- / pus vocaret cū esses sub ficu vidi te. Vocatio phi-

dixit ei: Quia dixi tibi / vidi / te sub ficu credis: mai' / his vi- / debis. Et dicit ei: Amē amē / dico vobis: videbitis celum / apertū et angelos dei ascēdētē / z descēdētē super filium hoīs.

lippi est laudatio pec- / catoris: ficus dulce / do p̄ci: Sub q̄ se / pe videtur peccator / a p̄dicatore: que vi- / sio sepe ē ei occasio / santratis. Liberius / enim peccant homi- / nes cum credūt se a / nemine videri. An / Job. xxiij. c. Cu-

lus adulteri obseruat caliginem / dicens: nō me videbit ocul' / et cooperiet vultum suum. b Respondit ei nathana- / el et ait: tu es filius dei: tu es rex israel. Responso / ista est gratiarum actio de hoc q̄ penitens extract' est a pec- / cato. Unde domīn' sepe replicat iudicis: immo omnib' pec- / catoribus iam penitentibus q̄ eduxerit eos de peccato. Di- / chę. vj. a. Popule meus quid feci tibi aut in quo molestus / sul tibi: respōde mihi: quia eduxi te de terra egypti: z de do- / mo seruitutis liberaui te zc. Hęc autem gratiarum actio cōsi- / stit in tribus. Primo / vt nihil sit in opere penitentis dissonū / disciplinę christi. Secundo / vt sincera fides sit de diuinitate / christi. Tertio / vt sit fides itēgra de humanitate christi. Qui- / dam enī decepti humilitate dispensatiōis / errauerūt in chri- / sti diuinitate: vt arrianī. Alij delusi dignitate diuinitat' / erra- / uerunt in humanitate eius: vt manichei. Sed vere penitens / vtrunq̄ cōfiteatur. Unde dicit: / Rabbi: Ecce magister / rium christi / qd debet representari in vita. k Tu es fili' / dei: Ecce cōfessio verę diuinitatis. l Tu es rex israel: / Ecce p̄fessio verę humanitatis i q̄ fuit rex ecclē. Apoc. xij. / c. Ecce equus alb' z qui sedebat super eū vocabatur fidelis / et verax: et habet i vestimēto z i femore suo scriptū: Rex / erit. Istud rīdere ē penitentiē ad altiora erigere. o / Dixi / tibi vidi te sub ficu. i. sub delectatione peccati. q / Re- / dis / mihi / maius his videbis: in profectu virtutū vel in / peruentiōe patrię. Et qd sit illud maius aperit. Unde sequi- / tur: v / Et dicit ei: Amen amen dico vobis: vide- / bitis celū apertū: ad vos recipiendos si perseueraueritis / in penitentiā. Dat. x. c. Qui p̄seuerauerit vsq̄ in finem h / saluus erit. z / Et angelos dei ascendentes z descē- / dentes super filium hominis. Hic tangit triplex gaudij / um de triplici visione. Primū est d' visione cęli aperti: siue cę- / lum accipias sacram scripturā: siue sanctam trinitatem: que / dicitur celum / s̄m Bedam / pro sui dignitate eleuātū: pro sui / infinitate a qualibet creatura cęlatum: pro sui bonitate illumi- / natū. Hoc celum modo clausum est nobis / sed aperitur: et / videbim' apertū: qd erit beatitudo nostra. j. Job. iij. a. Mō- / dum apparuit nobis quid erimus: scimus autem quoniā cum / apparuerit / similes ei erimus: quoniā videbimus eū sicuti est. / j. Cor. xij. d. Videmus nunc per speculū in enigmate: tunc / aut facie ad faciē. De hac visione dicit regina saba. iij. Regl. / x. b. Beati viri tui z beati serui tui hi q̄ stant corā te semp z au- / diūt sapentiā tuā. Et hęc visio est cōmunis oibus beatis / si- / ue hoibus siue angelis. Alię duę proprie sunt hoim collectę / ex vniōe diuinitatis z humanitatis i vna p̄sona christi. Pri- / ma ē / q̄ videbim' cęlū aptū sup filiū hoīs. i. videbim' totū se- / cretū trinitat' apte z p̄fecte cognosci ab hoie christo: angeli / aut nō videbūt cognosci hoc ab angelo. Isid. Lora trinitas / sibi soli nota ē et hoī assūpto. De hac visioe dicit: Esa. xxxij. c. / Regē in decore suo videbūt. Cant. iij. d. Egredimini filie si- / on z videte regē salomonem in diademate suo quo coronauit / eū mater sua. Hęc ē gloria hoim specialis supra angelos: vi- / dere hominē hominū p̄ditōrē. Tertia visio est / q̄ videbimus / angelos ascēdētē z descēdētē sup filiū hoīs. Angeli aut nō / videbūt hoies ascēdere z descēdere sup aliquem angelo: vni-

lippi est laudatio pec- / catoris: ficus dulce / do p̄ci: Sub q̄ se / pe videtur peccator / a p̄dicatore: que vi- / sio sepe ē ei occasio / santratis. Liberius / enim peccant homi- / nes cum credūt se a / nemine videri. An / Job. xxiij. c. Cu-

\* Istud autē ascendere

Vertical text on the right edge of the page, likely from an adjacent page or a marginal note.

**I**stud autem ascendere nihil aliud est quam illuminatione recepta a christo in motu admirationis et laudationis assurgere: descende- re pro e sub illa se humiliari. Hec erit gloria singularis hominum respectu angelorum: quod omnes angeli erunt subditi homini / sed non omnes homines angelo: nec videre angelum erit gloria hominum / sed videre hominem erit gloria angelorum. j. Pet. j. c. In quem angeli desiderant prospicere.

**Expositio Capituli II**

**I**n die tertio nuptie facte sunt. Hic incipit sexta pars huius libri.

**A**libi dicitur: quod continet. xij. capitula. Et dividit communiter in duas partes: In miracula et verba christi. Sed istae partes non sepantur: quia in quolibet capitulo simul reperiuntur. Hec autem capitulum dividit in tres partes. In prima parte agitur de mutatione aquae in vinum. In secunda de descensu et mansione ipsius in capharnaum: ibi: Post haec descendit. In tertia de ascensu ipsius in hierusalem et electione eminentium et vendentium de templo: ibi: Et prope erat. Dicit ergo: **Et die tertio postquam exiit de iudaea ubi fuerat cum iohanne. Et sic. Et die tertio. i. tertio repetito: ita ut tertio notet ordinem et numerum factorum christi in una et eadem die: hinc trium annorum revolutionem. Verbigratia. Tertiadecima die natiuitatis christi adorauerunt tres magi orientem: eadem die tractatus annis triginta baptizatus est christus: eadem die anno vno reuoluto mutauit aquam in vinum. Est ergo sensus: Et die tertio. i. eadem die tertio repetito: id est in tertia repetitione eiusdem diei. s. tertiadecima a natiuitate **hinc nuptie: id est solennitas et conuiuium desponsationis: factae sunt in chana galilee. Quidam dicunt quod sponsus istarum nuptiarum fuit iohannes euangelista. Sed non est probabile: quia istae nuptie factae fuerunt post uocationem apostolorum inter quos fuit iohannes: ut patet Matth. xij. d. et Luc. v. b. Unde non est credibile quod postea retrocesserit ut vellet uxorem ducere qui vsque tunc uirginitatem seruauerat. Chana nomen est uillae in qua factae fuerunt nuptie in prouincia galilee.****

**Capitulum II**  
**I**n die tertio nuptie factae sunt in chana galilee:

manendum? Et responderet alibi in persona dicitur. xxxj. a. In perpetua charitate dilexi te: ideo attraxi te miserans. q. d. quod infatuatus fui tuo amore: ideo te uilem et abiectam mihi attraxi: id est uniuersum. Ps. Ibi beniamin adulescentulus in meritis excessu. Ps. 67. Ibi. i. in thalamo conjugalis ueritatis: in quo consummate sunt istae nuptie.

De isto amore dicit Bernardus. O amoris vis: Amore quod uolent? Solus amor triumphat de deo. In istis nuptiis sex hydrie in uinum ad aquam mutatae sunt: uidelicet ueritas legalium operum in ueritate: uarietas et multiplicitas sacrificiorum in unitatem et breuitatem: asperitas iudiciorum in lenitatem: enigma-

ta dictorum in lucem: promissiones in adeptionem: seruitus in libertatem. Et ita aqua timoris mutata est in uinum amoris: quod quibus uocato / gustu implebat ex timore: modo impletur ex amore. Secunda nuptie sunt in christum et ecclesiam. Unde Eph. v. e. Viri diligite uxores uias sicut et christus ecclesiam. Item ibidem. g. Sacramentum huiusmodi est: ego autem dico in christo et in ecclesia. Iudicij. xij. a. Descendit sanctorum in thánata. i. christus in mundum / uidebat mulierem de filiabus philistinum. i. ecclesiam de gentibus / et ascendit et nuntiavit patris suo et matri suae. i. synagoga / dicitur: uidi mulierem in thánata de filiabus philistinorum quae quomodo ut accipiat mihi in uxorem. Iste nuptie fuerunt in iustitiam per moysi sponsonem: ratificatae per angelum saluationem: consummate per uerbum incarnationem. Adducta autem fuit sponsa in domum sponsi in ascensione christi: quoniam humana natura introducta est in palatium caeli. Cant. ij. a. Introduxit me rex in cellam uinariam: ordinauit in me charitatem. Sex hydrie sunt sex sacramenta gratiae collatiua: Nam etsi sint septem sacramenta. s. baptizatus / mus / pnia / confirmatio / eucharistia / ordo / extrema unctio / et matrimonium: septimum. i. matrimonium non est. propter gratiae collatiuum. Aqua istarum hydriarum mutat in uinum: quoniam gratia per data ad peccatorum ablutionem postea mentem inebriat ad operum perfectionem: Et haec nuptie factae sunt tertio die: sicut peres. i. tpe gratiae. De quo Gal. iij. a. Ubi uenit plenitudo temporis / misit deus filium suum factum de muliere / matrum sub lege. Factae etiam sunt in chana galilee. i. in celo transmigrationis de uirgine ad fructus: de fructu in uirtute: de terra ad caelum. Tertie nuptie sunt in deum et animam: quae quot die celebrantur in uersatione peccatorum. Osee. ij. d. Sponsabo te mihi in iusticia et iudicio et in misericordia et in misericordibus: et sponsabo te mihi in fide. i. in fidelitate. Hae nuptie fiunt tertio die. Tres autem dies sunt: contritio cordis / confessio orationis / satisfactio operis. De quo Bernardus. xl. c. Tres dies adhuc sunt post quos recordabit pharaon misterij tui et restituet te in gradum pristinum. In istis nuptiis uertuntur aquae tristitiae in uinum spiritualis letitiae. Sex hydrie sunt sex cause tristitiae de peccato ueniētes. Prima est quod sponsus suum offēdit. Unde Osee. xij. d. Ad iracundiam me peruenit ephraim in amaritudinibus suis. Secunda: quod dote quam assignauerat ei sponsus. i. dona et fructus amisit. Ezech. xvj. b. Perfecta eras in decore meo quem posueram super te die dñs: et habes fiduciam in pulchritudine tua fornicata es in nomine tuo. Tertia: quod amisit amorem sponsi. Ezech. xvj. e. Auferet celum meum a te et desca nec irascar amplius / eo quod non sis recordata dierum adulescentie tuae. Quarta: quod amisit omnes amicos suos. Omnes enim angeli et sancti spreuerunt eam: et non solum spreuerunt eam / immo facti sunt ei inimici. Thren. j. a. Omnes amici eius spreuerunt eam et facti sunt ei inimici. Quinta quod amisit decorum suum. Thren. j. b. Egredia est a filia sio omnis decor eius. Sexta: quod amisit libertatem et incidit in uilissimam seruitutem. s. diaboli et peccati. j. vij. d. Qui facit peccatum suum est peccati. Thren. j. a. Digrauit iudas propter afflictionem et multitudinem seruitutis. Hiere. xvj. c. Seruierit ibi dijs alienis die ac nocte quod non dabunt uob requiem. Ista sex dāna quae faciunt peccatum / sunt sex hydrie. i. sex cause doloris significatae per sex modios hordei quos dedit booc ruth antequam eam duceret in uxorem: Ruth. iij. d. Vel aliter. Sex hydrie sunt sex infirmitates ex peccato relictae / etiam post gratiae recuperationem. Prima est spiritualis gustus / insipiditas. propter quam in principio uersationis etiam bona non sapiunt / unde nec mala male. Proverb. xxvj. a. Bona satiata peccati acerbitate / calcabit fauam spiritualis dulcedis. Esa. v. e. Ue quod dicitur bonum malum etc. Secunda uisus spiritualis debilitas: propter quam homo de nouo conuersus non uidet clare laqueos diaboli. Unde Barcl. vij. c. dicit sanatus: Et ideo homines uelut arbores ambulantes.

\* Ps. Et lumen

**Et die tertio. Chana interpretatur celus** uel simulatio seu possessio. Galilea: transmigrationis facta uel reuelatio. Et competit uerba interpretatio diuersis statibus hominum hinc nuptiarum diuersitates. Sunt enim multiplices nuptie. Primum sunt inter deum et hominem uel humanam naturam factae: quando christus quasi infatuatus amore nostro / nostram naturam sibi copulauit: sicut aliquis diues homo infatuatus amore alicuius uilis ancillae / eam assumit in coniugem. Iste nuptie significat per osee et gomera / assumpta interpretatur: Osee. j. b. In his nuptiis duo sunt in carne una. i. duae naturae in una christi persona. Iste nuptie tertia die factae sunt. Unde Beza. j. a. Tertio anno imperij sui fecit assuerus qui interpretatur beatus. i. filius dei / grande conuiuium pro nuptiis beatorum: quae interpretatur exaltata: Hec est caro nostra. Primus annus est tempus ante legem: secundus tempus sub lege: tertium tempus gratiae. Istud etiam matrimonium significatum est Beza. xxvij. a. ubi dicit isaac ad iacob: id est pater ad filium: Noli accipere coniugem de genere chanaan / sed uade et proficiscere in mesopotamiam syriae. Chanaan interpretatur possessio domus: et significat angelos quorum naturam non assumpsit filius dei. Heb. ij. d. Non enim angelos accepit hereditatem sed semetipsum accepit hereditatem. Mesopotamia interpretatur eleuatio uocationis: et significat humanam naturam: quae eleuata est et aduocata ut ueniret in unitatem personae filij dei: quia martiri non potuit caro gloriofus. Hoc matrimonium initiatum fuit in patriarchis per promissionem: in prophetis per praefigurationem: ratificatum per angeli saluationem: consummatum per carnis assumptionem. Hae nuptie factae sunt in chana galilee: id est in celo reuelationis siue transfigurationis: quia per hoc ostensum est nobis quantum celum et quantum charitatem haberet ad nos filius dei: qui propter uilem ancillam assumendam / uoluit a sede maiestatis in exilium transigrare. ij. Cor. viij. b. Scimus gratiam dñi dei nostri iesu christi: qui cum esset diues propter nos egenus factus est: quia accepit naturam nostram quae in omnibus egebat. Unde haec gratiam admirans propheta querit: Hiere. xij. b. Quare quoniam colonus egenus factus est in terra et quoniam uisitor declinans ad

Aboraliter a

Aboraliter a

Aboraliter a

Aboraliter a

Aboraliter a

Aboraliter a

Aboraliter a

Aboraliter a

Aboraliter a

Aboraliter a

Aboraliter a

Aboraliter a

Aboraliter a

Aboraliter a

Aboraliter a

Aboraliter a

Aboraliter a

Aboraliter a

Aboraliter a

Aboraliter a

Aboraliter a

Aboraliter a

Aboraliter a

Aboraliter a

Aboraliter a

Aboraliter a

Et erat mater iesu ibi vocata ad cotutu. b. Vocatus est autem iesus et discipuli eius ad nuptias: non futuri ut quidam dicunt: sed iam vocati in discipulatu. Sed quod vocati sunt iesus et mater eius atque discipuli ad nuptias: cum essent pauperes: quales non solent ad putula vocari: Respon-

Et erat mater iesu ibi. Vocatus est autem et iesus et discipuli eius ad nuptias. Et deficiente vino dicit mater iesu ad eum: Vinum non habet. Et dicit ei iesus: Quid mihi et tibi est mulier: nondum venit hora mea.

hoc est signum quod maria erat de parentela alterius conjugii ut amboz: quia alter non curaret de defectu vini: Et hoc mouit beatam virginem vt diceret filio: Vinum non habent: Non quod ipsa crederet ipsum nescire sed vt ostenderet suam compassionem et filij potestatem. Paupertas autem conjugum et breuitas temporis quo non potuit congrue mitti tunc ad vinum mouit virginem vt defectum vini indicaret filio suo quem sciebat posse supplere omnem defectum. Et dicit ei: id est matri sue iesus: non offensus vel corrigens aut arguens matrem suam cuius compassio grata erat ei. Quid mihi et tibi est mulier: de defectu vini. q. d. cognitio huius defectus non pertinet ad me vel ad te sed ad illos quorum sunt nuptie: qui debuerat sibi de oibus necessarijs prouidisse. Sufficit ergo vt ipsi recognoscant defectum: et sic gratia miraculi quod petis vt faciam sit acceptior illis. Et ponit exemplum Chrysi. de medico: qd si vitro se offerret egroti non multum curaret de eo egrotus: sed cum multis precibus egroti se exhiberet tunc multam reuerentiam exhibet illi. Mulier autem in hoc loco non molliciet vel fractionis nomen est sed sexus seu conditio. Aug. sic exponit. Quid mihi et tibi mulier: comunc. i. quid habeo a te vnde possum hoc miraculum facere: q. d. ex te habeo vnde pati et mori possum: qd in cruce recognoscam te discipulo commendans: sed ex te non habeo vnde possem miracula facere: et ideo in huiusmodi te non recognosco. Nondum venit hora mea. Hoc vtriusque expositioni bene coniungit. Primum sic: Nondum venit hora mea. i. hora qua magis sit gratum et vtile miraculum illis quibus postulas fieri: Non enim conditor temporis et horarum christus subiicitur alicui horis: immo omni tempore est hora sua operandi quod vult vt dicit Chrysi. sed tunc quo ad homines vna hora competentior est alia: sicut hic vtilior hora faciendi miraculum erat post recognitionem defectus quam ante. Secundum expositionem sic primum: Nondum venit hora mea. i. nondum est tempus recognoscendi illud quod ex te habeo: sicut erit in passione euangelio predicato.

Doraliter \*

Ps. 37.

Ps. Et lumen oculorum meorum et ipsum non est mecum. Tertia incertitudo sanitatis. Eccl. ix. a. Nescit homo vtrum amore vel odio dignus sit. j. Cor. iiij. a. Nihil mihi conscius sum sed non in hoc iustificatus sum. Quarta animi debilitas tam in faciendo bona quam in sustinendo aduersa. Ps. Dereliquit me virtus mea. Quinta noxiarum appetitus. Proverb. j. c. Usquequo paruuli diligitis infantiam et stulti ea que sunt noxia cupiunt. Numeri. xj. b. Quis dabit nobis carnes ad vescendum: recordamur piscium quos comedebam grati in egypto: in mentem veniunt nobis cucumeres et pepones etc. Hoc dixerunt filij israel post exitum de egypto. Sexta vanitas atque peraritas voluntatum. Eccl. xxvij. b. Stultus vt luna mutatur. Proverb. xv. a. Cor stultorum dissimile erit. Iste ser hydrie debet impleri aqua lachrymarum: que statim mutatur in vinum spiritualis leticie. Proverb. xlij. b. Cor quod nouit amaritudinem anime sue in gaudio eius non miscebit extraneus. Iste nuptie instantur in inchoatione penitentie: ratificantur in profectu iusticie: consumantur in morte: quando iam anima non potest separari a sponso. In his nuptijs sunt tria bona matris

monij. i. fides: id est fidelitas: ne christo dimisso adulter: id est diabolus admittat ad thorum. Esa. lvij. b. Furta me discooperuisti et suscepisti adulterum. Item proles bonorum operum. j. Timoth. ij. d. Mulier seducta in pernicitate fuit: saluabitur autem per filiorum generationem. Sed vt illis matribus que prius filios occidunt recidivando. Thren. iij. b. Danus mulierum misericordiam coherunt filios suos. Item sacramentum: id est inseparabilitas vt nunquam separaretur a christo. Osee. ij. d. Sponsa bo te mihi in septem annis. j. Cor. vj. b. Precipio non ego sed dominus vxorem a viro non discedere. Quartum nuptie sunt in ter christum et virum religiosum: De quibus. j. Cor. xj. a. Respondi enim vos vni viro virginem castam exhibere christo. Osee. xij. d. Fugit iacob in regionem syrie et seruitur israel in vxorem: et in vxore seruitur. Bis dicit vxorem: quia vtriusque vitam: id est actiuam et contemplatiuam debet habere anima viri religiosi: que debet christo per matrimonium copulari: sicut iacob habuit liam et rachel. Iste nuptie facte sunt tertio die. Tres dies tria vota: id est voti castitatis: voti paupertatis: voti obedientie: De quibus. Exo. v. a. Deus hebreorum vocauit nos vt eamus viam terrarum in solitudine: id est in religione: et sacrificemus domino deo nostro. Item Josue. ij. c. Ad montana descendite: id est ad eminentiam religionis: ne forte occurrant vobis reuertentes: ibique latitate tribus diebus. Iste nuptie instantur in mundi abrenuntiatione: ratificantur in habitus assumptione: consumantur in professione. Sex hydrie sunt sex opera vite actiue: id est instantia vigiliarum: seruo: orationum: largitio elemosinarum: continuatio ieiuniorum: duritia disciplinarum: labor manuum. Sed in his iesus assistit et maria atque discipuli: id est spes salutis: amaritudo contritionis: et disciplina conuersationis. Aqua doloris conuertitur in gaudium quietis et contemplationis: et quanto plus ibi fuerit de aqua: tanto plus erit ibi de vino. Ideo dicit dominus: Implete hydrias aqua. Iste enim est ordo: vt prius laboret homo in actiua: et postea quiescat in contemplatiua: prius doleat et postea gaudeat. Eccl. iij. a. Tempus fletus et tempus ridendi. Nec enim rachel parit: donec lia multos filios peperit. Iste nuptie sunt in chana galilee: id est in celo et transmigracione de mundo ad claustrum. De quibus libet igitur istarum nuptiarum potest dici: Et die tertio nuptie nuptie facte sunt in chana galilee: id est in celo animarum et transmigracione de vitis ad virtutes. Et erat mater iesu ibi: id est timor dei: qui generat et nutrit salutem. Esa. xxvj. d. A timore tuo concepimus et peperimus spiritum salutis. Vel mater iesu est tenera et pura conscientia. De qua Tob. iij. a. Donorem habebis matri tue omnibus diebus. Honor iste consistit in boni operatione et mali declinatione. Proverb. iij. a. Filius sui tenellus patris mei et vnigenitus coram matre mea et docebat me. Iste dicitur pater et mater. i. conscientia: sed pater ratione regimnis: mater ratione castigationis. Vocatus est autem et iesus et discipuli eius ad nuptias. Vocatio iesu est desiderium salutis. Unde. j. iij. c. Vocauit te nomen tuum. Discipuli qui faciunt nos obtemperare deo: sunt spes et timor: De quibus. Mat. xxi. a. Misit iesus duos discipulos dicens: ite in castellum quod est vobis et statim inuentis asinam alligatam et pullum cum ea: soluite et adducite mihi. Ista tria de necessitate veniunt vbi est mater iesu. i. puritas conscientie. i. desiderium salutis. i. timor dei et spes ventis. Sequitur. Et deficiente vino dicit mater iesu ad eum: Vinum non habet: predicat nuptiarum coniugium. i. penitentem vt religiosum. Proverb. vlt. a. Date siceram meretricibus et vinum bis qui amaro sunt aioribus. Eccl. xxxi. d. Exultatio anime et corporis vinum moderate potatum. Moderata dicitur: quia nimia leticia dissolutionem inducit. Et dicit ei iesus: Quid mihi et tibi mulier. Ista trepidatio significat quod deus aliqui non exaudit nec dat statim quod petitur vt audius petatur: et cum exaudierit ac petuum dederit.

\* diligenti custodiat

**Dicit mater eius.** I. Iesu: nō turbata vel irata de rñsione fili; sed magis cōfidēs de potestate et pietate ipsi. **Ministris.** I. seruitorib' cōiuu; c. **Quodcūq; dixerit vobis facite.** Ex b' paret q' beata virgo sciebat qd filius su' esset factur': Et ideo fiducialit' dicit: ministris: **Quodcūq; dixerit vobis facite.** **Erāt autē ibi lapidee hydrig.** I. vasa lapidea aq̄ria: ab hydor qd ē aq̄. **Ser positę.** Quare v' ad qd: **Et si allq̄s cōiuuā** rñs allq̄s imūdiā incurrisset/lauaret in eis: sic mos est iude/ozum. Unde sequit': **Secūm purificationē iudeoz.** I. ideo positę erāt ibi vt purificari possēt imūdi s'm morē iudeoz. **Ser autē id erāt:** qz duę vel tres nō sufficerēt tantę multitudini. **Querit autē Chryf.** Quare nō ibāt ad fluuiū: Et respondet: qz longe erat a domo: palestina enim pauca habet aquas. **Qu' autē dicit:** s'm purificationē iudeoz: mōstrat q' illa vasa nunq̄ erāt vini receptacula: ne aliquis posset calūniari q' feces ex vino prioz relictę in illis vasib' ex cōmixtiōe aque supfus effecissent vini. **Determinās autē euāgelista quātitatē hydrig/subiigit:** **Capientes .i. capere valētes: Singule metretas binas vel ternas.** **Detreta d'** a metron qd est mēsurā centum sextarioz: vt dicit. iij. Regl. vij. d. **Dare gnesū duo milia batos capiebat:** metretas autē tria milia. **Dicit eis .i. ministris/iesus:** rogatus a matre et forsitā a cōiuuis/quo aliqui p̄conū eius a tobāne audierāt. **Implete hydrig aqua.** Querit Chryf. Quare nō fecit signū ante impletionē: mirabili' em esset ipsum vini ex nō entibus facere q̄ qualitātē cōmutare. **Frē cur aquā non ipse deduxit / sed ministris iussit.** Ad primū respōdet Chryf. duas causas assignās. **Prima:** qz etsi mirabili' esset de nōbilo vini creare: nō tamē ita credibile. **Secūda:** vt destrueret errorem manichei: q' dicitur erat mūdū / et oīa q̄ mundi sunt a malo deo creata esse et gubernari: q' est christo p̄trarius. **Unde vt christ' ostēderet q' ipse mundū creauit et elemēta/ vlt' mūda/ na creatura/ mutatā naturā eius: si em nō esset sua/ nō obediret ei.** **Frē vt ostēderet q' ipse idē est qui quotidie p' tempoz incremēta mutat aquā in vinū mediāte natura vitis: et qui mō sine cōopatione nature mutauit.** Ad secūdū dicitur: q' ideo nō ipse deduxit aquā i hydrig: sed ministris p̄cepit vt imponerēt: vt eos testes miraculi haberet. **Impleuerūt eas/ ministris/ vsq; ad summū:** psuasi a beata virgine/ vel a testimo nio iohānis p̄conicātis de christo. **Et dicit eis iesus: iā facta mutatiōe.** **Haurite nūc/ cū hora venerit.** **Et ferte architriclino.** **Secūm Augl. architriclin' est p̄nceps** triū camerarū vel triū ordinū mensaz a se altitudine distātū. **Et d' ab archos qd est p̄nceps et dicitur qd est dom' vel camera.** **Hic autē s'm Chryf. nō d' architriclin' dñs vel p̄nceps cōiuu; vel dom' in q' erat cōiuuis: sed p̄positus ministrantū: qui sez fuerat cōstitut' vt ordinaret seruitores in mēsis. Vñ ponit in q̄stioe Chryf. q̄re iesus p̄cepit vinū ferri poti' architriclini: no qz alicui de cōiuuis vel spōso aut spōse. **Et rñdet q' ille cui cōmittit cura vel ordinatio cōiuuarū/ non comedit vsq; post alios: et ideo sobrioz et discretioz ē ad iudicādū de vino qz cōiuu; qui iā sunt repleti vino et cibo: vnde illi iussit ferri dñs vñ nū ex aqua factū: vt veritatē cognitā alijs indicaret.** **Et tulerūt ministri s'm p̄ceptū dñi.** Sed q̄re nō p̄cepit dñs ministris vt narraret architriclino q' ipse cōuerterat aquā in vinū: **Rñdet Chryf. p̄ter hūilitatē: qz nemo humilis p̄dicat facta sua.** **At autē gustauit architriclin' aquā vinū factū.** I. vinū ex aqua factū. **Sed ita dicit euāgelista: qz s'm opti nōnē architriclini aqua erat nō vinū: tñ s'm veritatē vinū factū.** **Et nō sciebat architriclin': et vnde esset illud vinū.** **Ministri autē sciebāt q' hauserant aquā.** **Vocat sponsum****

\* diligētius custodiat et intēsi' diligat. Apoc. iij. c. Tene qd habes vt nemo accipiat coronā tuā. **Dicit mater eius ministris: Quodcūq; dixerit vobis facite.** **Distri sunt ratio et volūtas: vn' dirigens op': alter exequēs.** **Hic dicit puritas cōscientię vt faciant quicq; dixerit iesus/ sciens q' talis nō potest nō exaudiri ab eo.** **Unde .i. ix. f. Si quis dei cultoz est/ et volūtatē eius facit: hunc exaudit de'. Eccl. iij. a. Qui diligit deū exorabit p' peccatis: et in oratione diez exaudiet.** **Sequit': Erāt autē ibi lapidee hydrig sex positę s'm purificationē iudeoz.** **Judei. i. cōfiteres sūt penitētes aut religiosi.** **Purificatio eoz ē ipsa penitētia vel religio.** **Ser hydrig/ ser p̄dicte cause tristitię: aqua ē tristitia: vinū leticia.** **Per lapidē autē significat soliditas hydrigaz.** **Et dicitur posite: qz qlibet debet has hydrigas semp ponere an se.** **Diere. xxxj. d. Statue tibi speculā: pone tibi amaritudines et dirige cor tuū in viā rectā.** **Sequit': Capientes singule metretas binas vel ternas: hoc est/ qz flere et dolere debem' de duob' et p̄ter tria.** **De duob' quidē. i. de peccato trasgressiōis et omisiōis.** **P̄ter tria s' id ē. p̄ter damnū qd habuimus: p̄ter penā quā incurrim': p̄ter deū quē offendimus.** **Dicit eis iesus. i. ministris. i. ratio et volūtatē.** **Implete hydrig aqua: hoc est/ cōsiderate sex damna peccati: et sex inīritates relictas etiā post peccatū et dolētes plorate.** **Job. xvj. c. Facies mea itumuit a fletu: et palpebre mee caligauerūt.** **P̄. Lauabo p' singulas noctes lectū meū.** **Impleuerūt eas vsq; ad summū.** **P̄. Posuit desertū in stagna aquarū/ et terrā sine aqua. i. animā aridam/ in exitus aquaz.** **P̄. Exitus aquaz deduxerūt oculi mei: qz nō custodierunt legē tuā.** **Usq; ad summū dicit: qz nihil est in peccatoze implozabile.** **Eccl. i. b. A planta pedis vsq; ad verticē non est in eo sanitas.** **Et dicit eis iesus: Haurite nūc et ferte architriclino.** **Architriclin' est de' trinitas: cui debet ferri aqua lachrymaz et penitētię: quia p̄ter ipsū solum debet fieri penitētia. j. Corinth. x. g. Siue māducatis siue bibitis siue aliud quid facitis/ in gloriā dei facite.** **Vultu ferunt aquā istam mūdo: sicut hypocritę.** **Unde dicit allophyl' Ben. xvj. d. Nostra est aqua. Et notandū est q' dicit: Haurite nūc.** **Non enim semper debet homo implere hydrig suas aqua: sed quādoq; haurire per ocium meditatio/ nis: sicut dicit Bern. Si quod viuus et sapiens totū das acti/ onē/ cōsiderationi nihil: laudo te/ in hoc non laudo: puto q' nemo nisi qui a salomone non audierit: Qui minoratur actu p̄cipiet sapientia: certe nec ipsi actioni expedit cōsideratione p̄uari.** **Et tulerunt.** **In hoc obedientia rationis et volūtatē notat: quę a matre iesu admonitę: id est a puritate cōscientię/ nunq; p̄cepto domini cōtradiciunt.** **Jobel. iij. d. Per omnes riuos iuda ibunt aque: et fons de domo domini egrediet.** **Vel architriclinus est spiritus humanus/ tribus ordi/ nibus mensarū p̄positus: id est intelligentię/ memorię/ volūtatē.** **Cui fert aqua: quādo ipse spiritus intelligit et recollit causas fletus: id est peccata sua: et postea vult abstinere a p̄teritis: et cauere a futuris.** **Sequit': Et autem gustauit architriclinus aquam vinū factam: id est vt spiritus percipit suauitatem gaudij post dolorem penitētię.** **Prouerb. vlt. c. Gustauit et vidit quia bona est negociatio eius.** **Et non sciebat vnde esset: ministri autem sciebant qui hauserāt aquā.** **Istud nescire nihil aliud est q' non sentire laborem penitētię/ cum iam aqua versa est in vinum spiritualls leticię.** **Sed ministri qui hauriūt aquam anteq; sit mutata in vinum/ bene sciūt: quia adhuc sentiunt laborem et dolorem penitētię.** **Sed cum spirit' leticia spiritu/ ali perfundit spe venię iam non meminit doloris vel laboris**

B

Doraliter.

P̄. 6.

P̄. 106.

P̄. 118.

Eccl. 38. c.

\* penitētię p̄z

Euangelij scdm Johannem

¶ Vocat sp̄sum architriclin⁹: miras̄ vni⁹ bonitatis: qđ fm naturalē ordinē p̄mo debuit p̄parari. b. Et dicit ei: architriclinus sponso: credēs qđ ipse ita fieri p̄cepisset. c. Dis hō p̄mū. i. in p̄ncipio cōiuij: d. Bonū vinū ponit in mēsa. e. Et cū inebriati. i. repleti: f. Fuerint cibo et poru boni vini:

g. Tūc id qđ dēteri⁹ est. i. minus bonū: qz p̄pter opilatōnē medię cellulę: ex vapore vini non p̄cipitur qualitas vini. h. Tu autē seruasti bonū vinū vsq; adhuc. i. vsq; ad finē cōiuij cōtra generalē cōsuetudinē et ordinē naturalē. Et ex hoc patet qđ optimū vinū fuit factū ex aqua. Uñ Chryf. dicit: generale esse in omib⁹ miraculis ch̄risti qđ semp ad nobilitas terminat qđ natura possit. Uñ si restituit visum vel auditū vel aliud membrū: melius facit qđ natura fecerit p̄us vel face-re possit. ¶ Hoc fecit initū signorū iesus in chana galileę. Mō dicit simpliciter p̄mū: sed in chana galileę p̄mū. k. Et manifestauit gloriā suā. i. diuinitas: sup̄ potentia. ¶ Et crediderūt in eū discipuli ei⁹. Quidā dicunt qđ intelligēdū est de futuris: Sed sancti magis volūt qđ de p̄sentibus qui iam credebāt: sed tūc viso miraculo magis crediderunt.

Moraliter \*

penitentię p̄re delectatiōe quę puenit ex gustu vini. Eccl. i. d. Cūq; in tempus sustinebit patiens: et postea redditiō iocunditatis. i. xvi. d. Nos autē p̄tristabimur: sed tristitia vestra veretē in gaudiū. i. aqua in vinū. Prouerb. ix. b. Bibite vinū qđ miscui vobis. i. xvi. e. Mulier cū parit. i. aia dñi facit penitentia: tristitiā habet: qz venit hora eius: cū autē peperit iam nō meminit p̄surre p̄pter gaudiū: qz natus est homo in mundū. Et quāto pleniores fuerint hydrig: tāto pl⁹ erit ibi de vino letitię. P̄. Scdm multitudinē doloy meoy i corde meo: cōsolationes tuę letificauerūt animā meā. a. Vocat sp̄sū architriclin⁹. i. ch̄ristū sp̄it⁹ hūan⁹ sentito gaudio sp̄ituali. b. Et dicit ei: Dis hō p̄mū bonū vinū ponit: et cū inebriati fuerint: tunc id qđ dēteri⁹ est. Omnis hō dicit hic homo mūdānus et carnalis: fm qđ dicit. j. Corinth. iij. a. Cū sit inter vos zelus et contentio: monne carnales estis et fm hominē ambulatis: Talis homo p̄mo ponit sibi et suis p̄sētes delectatiōes. e. Et cū inebriati fuerint: ipse et sut: id est repleti gaudio p̄sentis felicitatis. g. Tūc id qđ dēteri⁹ est. i. dolor gehennę: et remouit: sus p̄petuus p̄auę cōscientię. Prouer. xxiij. d. Ne intuearis vinū qñ flauescit: cū splē duerit color eius in vitro: ingreditē blāde: sed i nouissimo mor debet vt coluber: et sic regul⁹ venena diffūdet. Prouer. xxiij. b. Risus dolore miscbit rē. h. Tu autē seruasti bonū vinū vsq; adhuc: id ē vsq; in finē. ij. Corinth. iij. d. Ad qđ in p̄senti tribulatiōis nostrę est momentaneū et leue: supra modum in sublimitate eterne glorię pondus operatur in nobis. Utrūq; tangit Luc. xvi. g. in parabola diuitis et lacari: vbi dicit abraham: Recordare fili quia recepsi bona in vstra tua: et lacarus similiter mala: id est: tu bibisti vinū: et ipse aquā: Tūc autē hic consolaf: tu sō cruciaris: id est ipse modo bibit bonū vinum eterne locūditatis: tu sō bibis aquam infernalis p̄gnalitratis. ¶ Hoc fecit initium signorū iesus in chana galileę. Sicut dixim⁹: aqua tribulatio est siue tristitia. Uñ

P̄. 68.

Saluū me fac deus quoniā intrauerūt aque vsq; ad animā meā. Unum autē est exultatio siue leticia. Unde Eccl. xl. c. Unū et musica letificant cor. Signum autem idem est qđ manifestatio p̄sentię ch̄risti. Unde cum tribulatio mutatur in exultationē: signum ē qđ ch̄ristus est p̄sēns. k. Et in hoc manifestauit gloriā suā: quia nihil ita ostendit p̄sēntiam ch̄risti esse cum homie: sicut leticia in tribulatione. Ideo sicut apostoli gaudentes a conspectu concilij: quoniā digni habitū sunt p̄ nomine iesu contumeliā pati: Act. v. g. ¶ Et crediderūt in eum discipuli eius: id est illi qui sunt de

schola et doctrina ipsi⁹: qui. f. patientia atq; leticia habent in tribulatione. Matth. v. a. Gaudete et exultate in illa die. f. tribulationis: quoniā merces vestra copiosa est in celis. m. Post hęc rē. Secūda pars hui⁹ capituli: in qua agitur de descensu ch̄risti et moza eius in capharnaū. Sed querit

tiū signorū iesus in chana galileę: et manifestauit gloriā suā: et crediderunt in eum discipuli eius. Post hęc dēscēdit capharnaū: ipse et mater ei⁹ et fratres ei⁹ et discipuli ei⁹:

quare descendit illuc cum statim oporteret eum iterum ascendere in hierusalē: eo qđ p̄pe erat paschar. Ad hoc respondet Chryf. dicens: quia nolebat matrem diu circūducere: nec volebat eam solam dimittere: quam volebat in omnibus honorare: ideo dēscēdit illuc cum matre: vt ea ibi relicta: ipse postea ascēderet in hierusalē. Dicit ergo: Post hęc: quę facta sunt in nuptiis: nō dēscēdit capharnaū: ipse et mater eius et fratres ei⁹: id est cognati ei⁹. o. Et discipuli eius: qui nō erant fratres eius: vt eis ibi relicta: ipse ascēderet in hierusalē: quia illos secū ducere non volebat modo: ideo dimisit eos capharnaum: vbi cum matre manere consuevit. Unde sequitur:

Et ibi manserunt ipse et mater ei⁹ et fratres eius et discipuli ei⁹. Juxta litteram instruit nos moraliter de honore parentum et cura et p̄curatione eorūdem: quia propter honorem matris: vt dicit Chrystostomus: venit in capharnaum. Exod. xx. b. Honora patrem tuum et matrem tuam rē. Tob. iij. a. Honorem habebis matri tuę omnibus diebus vite tuę: Demoz enim esse debes quę et quāta sit passa pericula propter te in vtero suo. Eccl. iij. a. Qui honozat patrē suū vita viuet lōgiorē: et qui obedir patri refrigerabit matrem. Augustin⁹ in libro de decē chorodis: Ipse numerus septēnarius secūde tabule tanq; septem chordarū: incipit ab honore parentū. Ad parentes em suos homo aperit oculos: et hęc vita ab eorū amicitia sumit exordium. Quisquis autē suis parentibus non deserit honorem: iquib⁹ parcere poterit: et valet etiā ad quęstionē de p̄ceptis. Itē in hoc qđ ch̄ristus iturus ad p̄dicandū in hierusalē: dimittit matrem et fratres in capharnaum: instruit p̄dicatores vt non circūducant mulieres: nec carnali affectu se onerent. Deut. xxxij. a. Qui dixerunt patri et matri: nescio vos: et fratribus: ignoro illos: et nescierūt filios suos: hi custodierunt eloquium tuum. Unde Exod. iij. f. voluit angelus occidere moysem: quia ducebat secum filios suos et vxorem. Aliiter exponit. Per capharnaū potest intelligi status virginitatis et religiosorū. Morādū enim qđ in hoc capitulo: Primo significat stat⁹ coniugatorū per nuptias: Postea significat status virginitatis et religiosorū per capharnaū: Status p̄glatōrum et doctorū per hierusalē et templū: vnde expulit ementes et vendētes. Quis tres stat⁹ significantur per noe: daniel et iob: Eccl. xiiij. e. Et petrum et iacobum et iohannem: Matth. xvij. a. Et per lectum et molam et agrum: Matth. xxiiij. d. Dicit ergo qđ iesus descendit in capharnaum: quod interpretatur villa pulcherrima vel ager pinguedinis siue ager benedictiōis: et significat religionem vel statum religiosorum: qui habent pulchritudinē operis in cōuersatione: pinguedinem cordis in oratione et cōtemplatione: et benedictionem in aliozum exhortatione et p̄dicatione. Religio enim nō solum munit suos et custodit: et ideo villa dicit: sed etiā fructificat alijs: et ideo ager potest dici. Cant. vij. d. Veni dilecte mi: egrediamur in agrum: cōmoremur in villis. Et loquitur p̄prie: quia villa cōtemplationis vult habere cōmorantem: ager autem p̄dicationis vult habere egredientem. Eccl. j. d. Animalia ibant et reuertebant. Judic. v. c. Stelle manentes i ordine et in cursu suo aduersus sifarā pugnauerūt. Quia illi p̄dicatores maxime vincunt diaboli qui non tm currūt ad p̄dicationē: sed stant etiā aliquādo in ordine suo ad custodiam sui et discussionem. Et talis anima est vere sp̄sā ch̄risti: quia est et lia

Secunda

C

Moraliter

Aliter



**Et ibi manserunt non multis diebus.** Et quare sic ita parua moza fecit cu matre sua subdit causa. **Et id est quia:** **Prope erat pascha iudeorum:** qui oportebat iudeos conuenire ad diem festu fm pceptu Deut. xij. **Et ascendit hierosolyma iesus:** vt lege ipleret que hoc iusserat: et vt multitudinem ad docendum inueniret q

b. 21. b. d. 11. b. c. 19. b.

**Et ibi manserunt non multis diebus.** Et ppe erat pascha iudeorum / et ascendit hierosoly

temper docuit in synagoga et in templo quo omnes iudei conueniunt. Duo ergo significat que obseruanda sunt predicantibus: populus et locus. **Et inuenit in templo.** Argumentum quod primo veniebat ad templum: quod est locus orationis. **Vendentes boues et oues et columbas.** Quia quidam de longe venientes ad templum in die festo: secundum preceptum Deut. xij. a. apta ad imolandum animalia secum deferre non poterant: ideo isti talia animalia vendebant in templo: quia propter angustiam temporis: et multitudinem que conuenerat / carius tunc vendere poterant. Forsitan autem isti sacerdotes hoc procurabant: vt haberent multas oblationes: secundum illud Ezech. xliij. a. Posuistis custodes obseruationum mearum in sanctuario meo vobismetipsis. Boues autem et oues et columbas potius vendebant: quia hec animalia pertinent ad ritum sacrificiorum. Sed quia non omnes diuites erant / nec denarios preesto habebant ad emendas hostias: ideo alij peiori genere auaricie per moti fuerunt ibi / qui denarios non aperte ad vsuram comodabant: quia hoc prohibuit Deut. xxij. d. sed aliqua munuscula accipiebant / facientes vsuram velaram. De quibus dicit Ezech. xliij. c. Violabant me ad populum meum propter pugilum hordei et fragmen panis. Et illi dicunt numularij: quasi largientes nummum. Et hoc est quod sequitur: **Et numularios sedentes ad tabulas: vbi denarij facebant: sicut mos est camporum.**

quia est et lra et rachel: martha et maria.

